

4° A. lat. 454

45A.

A. o. lat.

W

Duplum

Biblioth. regiae Monar.

B. -

416 129 514 600 18



1600 f. 1 p. 117c 29 69

COMOEDIAE P. TERENTII  
METRO NUMERIS QVE  
RESTITUTAE.



AD LECTOREM

Quisquis es, cui Romani sermonis elegantia est  
cordi, hortamur, in Terentii fabulas' animis in-  
cumbito. Vsus esto librorum qui nostris formu-  
lis excusi spectantur. Hi si studiis intercesser-  
int frugem tibi, Thomae Anshelmo gra-  
tiam, utrisque laudem pariunto. Id  
meretur labos, qui uel nobis quan-  
tus fuerit, non prædico. Autò  
Nédd. Modo lector faueto,  
emito, uersato. Tibi Mu-  
sa Terentii Comœ-  
diam dicarunt.



H. & L.

S.

Tübingen.



PHILIPPI MELAE BRETTANI AD PAV  
LVM GERAEANDRVM SALOBVR  
GENSEM IN TERENTII CO  
MOEDIAS PRAEFATIO.

Qui mores olim publicæ priuatæq; uitæ constituerunt uiri græci (nam ab illis uelut humanarum artium primis autoribus auspicandum censeo) partim apologis quales feruntur AEsopei, partim ænigmatis, ut scrupi sunt Cleobuli Lyndii & πιλας conscripti, partim sacris quibusdam Deorū, ut ferebatur, oracula rem absoluunt. Mox prima philosophorum ætas hominum studia sententiis pauculis, etiam à poeta quopiam acceptis, composuit. Adde posteriori seculo præter philosophorum uulgas, exempla morum Socraten & Diogenem, quorū uterq; non tam uitæ usi spectatus foris quām scholæ studio domi probatus est, tametq; aliis lōge finibus utriusq; rationes constitere. Socrates ut uiuendi modo ciuilior oratione fuit modestiæ ac humanitatis plena. contra Diogenes & uita & sermone asper, rigidus, carpendo acer. quamuis ab illa quæcum coepit rixatorum disciplina maxime alienus. nugas puto quales in illum iactabantur ὅπῃ ἐμοὶ, οὐκ εἰ σὺ. ἀνθρωπὸς δὲ εἰμί. σὺ δὲ τοῦ ἀνθρώπου. Quod ego sum tu non es. homo ego sum. tu igitur homo non es. Accessit ad instituta sapientum sophistica. non illa nugatoria, sed quæ posthac cum historiæ copulata est. utilis apprime morib; hominum formæ. Et ante poetis opinione artis cesserat longe maxima pars instituendæ uitæ. e quibus plæriq; principum aucti gratia laudes illis tantum heroicas uelut exempla dedere. Homericos reges puto & Tragicas conciones. his Pindaricum poema nō addetur inepte. Reliqui in communib; uersati caussis familiae curam ciuitatisq; statum descripsere. illis Comœdia se debet præcipua. Prætero quæ plurima etiam uersu suis interdum amici tradiderunt. Hesiodi ἐργα καὶ μέρη ad fratrem opus tale forsan habebitur. & qui Pythagoræ dicuntur aurei uersiculi, autore non malo sed tamen ignobili. & Theognidos Phocylidæq; carmen cum Solomonis hebræi sententiis collatum.

& innumeræ Solonis Attici paræneses. quidquid id est, quod publico fauore plausuq; caruit, solo priuatorum usu laudem promeruit non modicam. Ad ista redeo quæ frequentibus exhibita spectaculis uitam omnem quasi suis depictâ uicibus ostentarunt. ea ut ordine referamus, paulo altius petenda uidentur. Olim composito Athenarū statu cum & pacis & ocii studia, ceu fato, cœpissent excoli. priusq; esset illa communis philosophorum appellatio. Poetæ se quidam ingenii uiribus extulerunt, magni homines, uiuendi formam gratiis adhibitis eleganter exprimentes, & prodeesse bonis mentibus & delectare afficereq; uirtutis argumento populum conati. Tragici uocabantur, qui faciliore aliquanto pede, quāuis heroos Homericos imitati, orationem numeris uinxere. pedestri ea habita est non absimilis. Primum fuisse ferunt Thespis Atticū qui multitudinis animos edita Tragedia personatus in se cōuertit, uel eo clar⁹ q; extrema ætate Solonē spectatorem habuit. Quo etiam tempore accessit artibus incrementi tantū ut Pisistratus Atheniensis princeps Homeri poema mox digeri probe curarit. quisquis ille fuit (nam Aristarchum posterior ætas tulit) qui rem tyranni mandato aggressus Homeridis & Rhapsodis magna uersuum uolumina dedit. Solebat tum illi uagabundi partem Homericæ poematis allecti uel mercedis uel gloriae cupidine decantare. Crevit æmulatione studium, paucisq; post annis, ppter autores Tragediæ multos, suæ cuiq; priuato caussæ dramate uario comprehēsæ passim agebant. donec poetis negocium datum est. qui paulo festiuius pro ingeni elegancia stultas uulgi cōtentiones luderent, certis interim nominibus nō tacitis. Qui ioci, perinde atq; Tragediæ, publicis celebrati spectaculis magnam poetæ laude. maiorem auditori componendæ uitæ rationem pepererūt. Atq; hæc sunt comediæ initia, hæc est etiā finis, ut ea ceu regundæ uitæ speculo utamur. id quod adeo accepimus illis obseruatum temporibus, ut nunq; postea annos multos non frequens fuerit in Atheniensium oculis Comœdia. sed minore aliquanto licentia, quādo & reliqua uatum opera iam audiebant undiq;. Nā induxerat, ut scribit A THENA E VS, in Theatra, & quidē

primus Demetrius ille Phalereus Homeridas seu Rhapsodos & Aristarchi diligētia isto ferē seculo libri Homerici habebā tur integri. Ferunt itē opera Demetrii, poemata Hesiodi. Archilochi. Phocylidæ primis honoribus publicata. De Græca comœdia dictū est haec tenus, ut morū causa cœperit, ut ingēti primū admiratione res noua sit edita. De scena reliqua ue agēdæ fabulæ specie qui plura ppter cæteros uoleat Athenæi disertationes & Iulii Pollucis cōmentarios petat. Nunc quom de latino Terentiano scilicet poemate agit, tametsi à Donati Benedictiq; p̄fationibus accipi nōnulla possunt, referre tñ putauit quo sit modo in urbē ROMAM inuecta comœdia. Nā si ad primā urbis originē quasi postliminio redeas. in ludis & his quidē paucis, noīantur ēstatis circenses, & nescio q̄ sacra, ppter uenerandā antiquitatis consuetudinē nihil est quod admirere. Sed illa tñ ad posteros usq; deducta, puto q̄ ea pietas uideref, ut urbis Romæ opes, ita ludorū celebritatē frequenti orem reddidit. Hinc & numeri nō pauci ad gesticulationē ue luti Dithyrabici cōpositi & artes hetruscas suis decoræ Iudiis ex cipiebātur. Has Andronicus Liuii studiū postea expoliit, q̄ cū græca scientia disciplinas hetruscas cōiunixerat. Primus in urbe spectaculis uariū carmen edidit, epos. Comœdiā. Satyrā ue teris comœdiæ imaginē. Tragœdiā. Successerunt Q. Ennius M. Plautus. CN. Neuius. M. Pacuvius. Statius Cæcilius. L. Accius, partim comœdia partim tragœdia illustres plæriq; carminū alia specie laudati. At nescio num cuiq; scriptorū generi suus decor apud illos manserit, nā in Plauti comœdia defunderari nonnunq; πρέπει αινι. Et qui statim secuti sunt illos Terentius atq; Lucilius arte superiores habent Quintilianum testē. Sed in nostrū omne totius comœdiæ ingenii cōferūt. Itaq; summātum de latina comœdia diximus, de Terentiana lōge plurib⁹ agerē nisi aliorū in manu essent cōmētarii. Neq; uero de poetæ artificio aliud q̄ quod ERASMVS Roterodam⁹ Opt. Max. literarū p̄ses ait, esse optimū dicendi artificē Terentiū. Non differeo quibus ille figuris, qua elegantia, quo decore orōnem supra communē ingeniōrū aleam extulerit. quā primæ comœdiæ iuuenes ament sancte, contra quā sint inepti secundæ fabulæ Phædria, Chærea, milesq; Thraso, quā sese impræ-

deter in tertia Menedemus excruciet à filio non bono desertus. quā probet urbane Mitio quid in instituenda iuuentute possit liberalitas, quid clementia. Mitto multiplicē in Ecyra mulierū, & si dici potest fuitā calliditatē. Mitto quā ulpinef improbe parasitus Phormio. Multa sunt eiusmodi apud hunc poetā q̄ uitæ moribusq; parandis, quæ dictionis elegatiæ cōueniunt. ita rei natura introspecta, ita personæ habitus, ætas & conditio obseruata est. Id an græcorū cōmulatione constet anne latina arte, uel ingenio potius Aphrico fortassis ambigi nonnihil potest. Sed dicā libere qñ & ingenio sua laus est, partē esse Menandri quē autorē habuit, in illis multā. Eius hæ uirtutes inter summas à Plutarcho laudant, ἀλλὰ μετανοῦσι τὸν λέξιν, διστη πόση καὶ φύση νῆσονται οὐδεκίς σύμμετον. Quo sit ut Menandrū & arte suis placuisse credā, quādō talis est in eo œconomia, & exēplo p̄cipuū nostro fuisse quod cura & studio imitaref. Cæterū in hoc poemate spectabis & libero dignas sententias, & iocos lepidos facileq; & sales urbanos, elegantes, non ineptos, non inuidiosos, planeq; Menandrios, id quod Græcus ait, οὐ μηνάνθρωποι καὶ μηδένας ἀφθόνους ἀλλῶν καὶ ερῶν μετέχουσιν διεπρέπει ἐκεῖ νήσοις τὸν δαλάτην, δῆδων ἀφροδίτην τὴν τέρονταν. Ad eam elegantia peculiari gratia facit numerus läbicus Terentio familiaris. Trimes tris potissimū constat, & lōgiore interdū uersu ne à pedestri orōne uideat alienus. Atq; ut diḡosci carminis ratio possit modi cuiq; scenæ sunt inscripti, distincti dispositi q̄ uersus ut lex postulat. q̄ diligentia primū philologi Benedicti laudibus cessit. Vtinam & nostris libellis gratiæ tñ cōparetur ut exēplari collato iudicenf numeri, nam reliquū diligentiae etiā sine monitore spectabitur. Est & Benedicti cōpendiū de pedibus annexū, ut in p̄mptu sit carminis absoluta ratio. Qui locupletiore huius penū desiderat Aldi Manutii cōmentarios metricos requirat. Olim fortasse dabuntur q̄ de läbico carmine Priscianus cōposuit, sīquando à nobis edetur paulo emendatores uulgaribus qui usq; adeo deprauati legūtur, ut q̄ Pius etiā Baptista Plauti codicibus addidit, ex illo de läbico descripta, nulla uideatur. ibi nescio q̄ locis Homericis noctua supposita, οὐδὲ περιποστα. Verū illa copiosius alias. Hic Terentius est Poeta comicus, in quē ora latini, in quem oculos reficiunt. & orōnis & uitæ magister, omni pene legendus ætati, sed omni plane studio. Hic auspiciis opti

me mi P A V L E tuis exit in publicum latus, cū q̄ opera sibi tua  
castigatior uidetur, tum q̄ foelicissimo tuo studio princeps colitur  
unicus, eoq; decore ut omnem illi humanitatem, τὸν ἔγκλιον την  
δέα, coniunctam habeas. Et iuuentus Germanica uelim exem-  
plō tuo in poetam istum incumbat, imaginem habitura studiorū  
quam à M. Cicerone reliquisq; magnis uiris accepisti, quibus adeo  
Terentianæ fabulae fuerunt in manibus frequentes ut grauissimas  
interdum causas Terentiano carmine uel illustrarent uel tutaren-  
tur. Opinor, q̄ ita quondam oratores Græci multas bonorum poe-  
matum partes, & ingenii probandi & honestandæ rei gratia soliti  
fuerant αὐτοσματιζόντες dicere. Vale mi. P A V L E Geræander  
& Poetā Terentiū uere tuū putato. Ex Tbinga Anno M. D. XVI.

H. & L.

### DE COMOEDIA

C O M O E D I A est poematis notum genus, in quo humiles  
ferè personæ introducuntur. & si antiqua Comœdia grādis  
& elegās, & uenusta erat. Vel comœdia est priuatae ciuitatisq;  
fortunæ, sine uitæ periculo comprehensio. Vel est speculum cōsue-  
tudinis, imitatio uitæ, imago ueritatis. Dicta uel ἡ τῶν κώμων, hoc  
est à uicis, uel ἡ τῶν κώμων, hoc est à comedatione, aut quod somni  
tpe (id ēm δικώμα significat) canentes diuitū iniurias memorarēt.

### DE COMOEDIARVM, SATYRARVM, ac Tragediarum serie & principio.

Alienum non erit, neq; præter animi nostri sententiam, Comœ-  
diarum, Satyrarū m̄q; atq; Tragediarum seriem & principiū bre-  
uiter referre. Olim sedatis ac compositis bellorum insultibus, Athe-  
nienſes cum ad uitam pacatiorem se transtulissent, domesticæ tūc  
in pauperes insurrexerunt iniuria. ex agro igitur Atheniensi rustici  
sæpius à diuitibus iniuria affecti, sese in urbem receperūt, sed cum  
interdiu querendo suis incommodis auxilium p̄stare non possent,  
noctu uicos urbis omnes obeundo, cunctis silentibus ciues nomina-  
tim compellabant, & quas patarentur aperiebant diuitum iniurias  
necnon impia facta ac dicta propalabant. Hæc cum sæpe uicini au-  
dissent, quod noctu acceperāt, postridie inter se inuicē colloquebā-

tur. Inde non mediocri erat uitio, quibus eiusmodi obiiciebatur cō-  
tumelia. unde oportunum fuit multis in urbe potentibus, ut suis in  
agricolas iniuriis modum inuenirent, sibiq; ab inferendis cōtume  
liis moderarentur. Videntes igitur ciues hoc esse utile ciuitati iniu-  
riæ amuletum, iusserūt contumeliis prouocatos in Theatrum pro-  
dire, & q̄ noctu proclamassent audaciōrī animo referre. dēinde qm̄  
talis lusus non sine grauitate placuit, sanciuit populus Atheniensis,  
ut qui ingenio p̄starent, de eiusmodi rebus carmina componerent  
atq; libere & impune aduersum omne hominum genus loqueren-  
tur. Primum Sufarion uersibus Iambicis Comœdiā edidisse per-  
hibetur, cuius sane poemata exciderunt. Hinc sumpto Comœdiā-  
rum exordio ad hæc perscribenda numerosa paulatim aucta con-  
fluxit multitudo, q̄ flagiosos homines à tetris deterrebant facino-  
ribus. Sed non multo post erupta emersa q̄ hominum iniquitate,  
factiosis atq; tyrannis in urbe conualescentibus, diuites, & publicis  
honoribus honestati, in Comœdiis nominari quenquam, nisi hu-  
milem, aut si modo finerent opibus insignem, exterum, nō ciuem,  
uetuerunt, at mox largius profusa uitiorum licentia, non solum no-  
minatim, sed ne ænigmata & occultis uersibus scribi poemata uo-  
luerunt. Vnde poetæ aut in diuites exteros aut in pauperes omnes  
licenter pro sua libidine loquebantur.

### DE TRIPLICI COMOEDiar VM

differentiæ,

V NA siquidem Comœdia antiqua est, q̄ prima palam omnes  
incessabat. Media uero per ænigmata. Noua q̄ in exteros aut fer-  
uos, aut pauperes inuehebatur. Artifex priscæ Comœdiæ & Poeta  
insignis fuit Aristophanes, Eupolis, & Cratinus. Media uero Plato  
non ille philosophus & Pheræcates. Tertiæ autem Menander, Phi-  
lemon & Philistion. Cæterum primam comœdiā ad Eupolidē  
usq; quidam asserunt peruenisse, quem ob Baptas in Alcibiadē  
summum Atheniensium imperatorem perstrictas comprehensum  
& sublimem raptum in pelagus p̄cipitare militibus suis mandauit  
Alcibiades, unde quidam referunt ipsum diu inter fluctus naufragū  
euasisse. Sed postea rei publicæ edito Alcibiades edixit, nē quis  
Atheniensem in Comœdia incesseret. Tuncq; Eupolidem, Cratinū,

a iiii

Pherēcraten, Platonem atq; Aristophanem iocos quosdam in uolūtos, in quem uis pertentasse. Id q; secundum Comœdiarum genus appellatum, quod tamdiu uiguit, quo ad ne obscure quidem perstringi ciuem uoluere. Nam post in humiles & extremæ sortis homines, aut in cuiuscunq; generis exterios conuersi sunt. Quod sa nè tertium Comœdiæ genus fuit à Menandro & Philemone celebratum, qui omnem Comœdiæ acerbitatem mitigauerunt, à quib; Romanos suas fabulas transtulisse perhibetur, apud quos pri mus Liuius Andronicus latino sermone Comœdiam scripsit, exci to ex Hetruria ludione qui Hister uocabatur, à quo histrionis no men emanauit.

### DE PROPRIETATE

Comœdiæ proprium fuisse scribunt quidam uiginti quatuor ad hibere saltatores, & quadraū chorū. Præterea conuitia dicacēsq; sermones continere. Illud quoq; minime prætereundum quod Comici, Satyrici & Tragici omnes uno nomine Comici appellati sūt, quoniam ex uicis in urbem eruperint, qui his dedere principium. Exin distributa scribentium ratio est, ut Comici seruos & humiles, Satyrici rusticos, Tragici diuites & reges describerent. Ac sicut Comœdia a uicis, aut à somno dicta. Tragedia ab hirco, aut à sece, ita Satyra à Satyris hoc est rusticis, illotis & petulantibus est appellata. Vel à Satyra lance, quæ referta uariis multisq; primiciis, in scenis inferebatur. Notandum illud, quod in Comœdia amores fere & uirginum raptus. In Tragedia luctus, exilia, cædes introducuntur. In Comœdia penè semper exitus læti. In Tragedia tristes, & libero rum fortunatum q; priorum impar agnitio.

### DE GENERE

Duplex est Comœdiæ genus, nam Comœdiarum alia Palliata, Togata alia. Palliata Comœdia est quæ secundum ritus & habitus Palliatorum. i. Græcorum (nam Græci supra tunicam pallium ferebant) scænicis, atq; Græcis argumentis habitum palliorum desyderat, quæ primum à Græcis in latinum uersa est à Liuio Andronico, quem multi d'inde sunt secuti. Cecilius scilicet Plautus, Terentius,

Turpilius, Trabea, & plures alii. Palliatarum fabularū genera quatuor existunt. Tragicum in quo heroes & reges introducebantur. Comicum Græcos titus & Græcas exprimebat personas. In Satyri co ferè Satyrorum personæ, & ridiculæ Satyris similes ludendi iocandiq; causa inducuntur, ut spectator inter Tragicas seriesq; iocis & lusibus delectaretur. Mimica uero fabula est sermonis cuiuslibet motus, sine reverentia. Togata Comœdia est quæ secundum ritus & habitus Togatorum, id est Romanorum scripta est. Scænicis atq; latinis argumentis togarum habitum exprimens.

Togatarum fabularum species sunt quatuor. Nam aliæ prætextæ in quibus imperatorū negocia agebantur, diætæ à prætexta quæ reges uel magistratus Romæ utebantur. Tabernariæ humilitate personarū & argumētorum similitudine, Comœdiis pares dicūt in quibus nō magistratus, regesq;, sed humiles hoīes & priuatæ domus inducuntur, quæ quod olim tabulis tegerentur, communiter Tabernariæ uocatæ sunt. Atellanæ à ciuitate Oscorum Atella, in qua pri mū cœperunt, sunt denominatæ. Similes Satyricis & Græcis fabulis. Planipedes Græci dicuntur Mimi, ideo à latinis planipedes, quod Actores planis pedibus, id est nudis proscenium introirent, non ut Tragici Actores cum cothurnis, neq; ut Comici cum soccis olim in suggestu scænæ, sed in plano Orchestræ positis instrumen tis Mimicis agebant.

### DE QVALITATE

Comœdia aut motoria est, id est quæ res turbulentas inducit, ut Amphitruo. Aut stataria hoc est quæ res continet quietiores, ut Cstellaria, Heautontimorumenos. Aut mixta quæ ex utroq; actu consistit, ut Andria, Eunuchus, Adelphi, Ecyra & Phormio.

### DE APPELLATIONE

Cæterum Comœdia aut ab alicuius nomine personæ appellationem sumit ut Phormio. Aut à loco ut Andria.

Aut à facto ut Asinaria, Eunuchus. Aut ab euen tu Heautontimorumenos & Comorientes.

## DE MEMBRIS

Tria sunt Comœdiarum membra, Diuerbium, Canticum, Chorus. Diuerbia sunt partes Comœdiarum in quibus diuersorum personæ uersantur. Personæ aut Diuerbiorum aut duæ aut tres, aut raro quatuor esse debent. ultra augere numerū non licet. In Canticis unā tñ esse oportet personā, aut si duæ fuerint, ita debent esse, ut ex occulto una audiat, nec loquatur, sed secū (si opus fuerit) uerba faciat, & hoc Monodium appellat. In Choris uero numerus personarum diffinitus nō est, quippe quod iunctim oēs loqui debent, quia si uoce confusa, & concentum in unam personā reformantes. Scindum latinas Comœdias Chorum non habere, sed duobus tñ membris constant, Diuerbio. s. & Canticō. Non est hoc p̄tereundum q̄ primus (autore Aristotele) qui personas in scænā produixerit, prologos confinxerit, & per histriones fabulas representauerit ignoratur. Ceterum fabulas primus cōfinxit Epicharmus & Phormis, nam ex Sicilia in Græciam ait adiectas apud Athenienses. Porro Crates primus Lambici specie orationes ac fabulas scripsit.

## DE PARTIBVS

Dionysius, Crates cognomento mallotes prodiderunt, Comœdiae partes quatuor esse. Prologū, Chorimelos, Episodium & Exhodium. Prologus ad ingressum usq̄ Chori est. At q̄ cū ingressu chori locatio, Chorimelos appellat. Episodiū porro est melos inter cantus, & Chororū binorū locutiōes. Exhodiō est ad Chori finē locutio-

## DE LVDIS SCENICIS EX DONATO

Ludi sunt Cærimoniae ab Aedilibus Curulibus munere publico institutæ, in quibus ut plurimum Comœdiae recitabantur, quorum quatuor maxime genera celebratur. Megalenses magnis diis consecrati. Funebres ad retinendum populum instituti, dum pompa funeri decreta in honorem patricii uiri plene instruitur. Plebei pro salute plebis instituti sunt. Apollinares Apollini consecrati.

## DE ARIS

Ara duæ erant in scæna diis dedicatae, dextra. s. & sinistra, dextra Libero patri, sinistra illi deo, in cuius laudem ludi siebant.

## DE SCENICO HABITV

Scænicus habitus est indumentū genus quo utebantur Scænici, ut alter ab altero dignoscere. Primum .n. Vlyssem in scænā palliatū

inducere solebant, uel q̄ aliquādo insaniam simularit, uel ob singularem sapientiā, seu quod Ithacæ, sicut Locri incolæ palliati fuerūt Achillis siue Neoptolemi personæ diadematæ coronatæ prodibāt, quamvis regalia sceptra nunq̄ tenuerint. Comicis senibus candidū uestimentū dabat. Adolescentulis discolor attribuit, ut sui ingenii mobilitatē p̄ se ferrēt. Serui amictu exiguo contegunt, paupertatis antiquæ gratia, uel quo expeditiores agerent. Parasiti cum intortis palliis ob collum ueniunt, lato candidus, ærumnoso obsoletus, purpureus diuiniti, pauperi phœniceus uestitus dabatur. Mili tchlamys purpurea. Puellæ habitus peregrinus inducit. Leno pallio uarii coloris utit. Meretrici ob avaritiam luteum datur. Luctuosæ personæ syrmatis incedebant, ob scænicam luxuriam, sed de uestium ornatum plura Pollux. Aulæ in scæna humi sternebantur, quod pictus ornatus erat ex Attalica regia, Rōmam usq̄ perlatus, pro quibus Siparia ætas posterior accepit. Sciendum etiam Thespim primum Tragica poemata plaustris uexisse, hominibus ora fœcibus perunstis. Sed Roscius Gallus præcipius histrio primus parasitos deduxit in scenam. Aeschylus uero personæ, pallæ, cothurni & socci repertor habitus est.

## DE CANTICIS

Cantica sunt harmoniae quæ non à poeta sed à musicae artis perito temperabantur, non iisdem, sed sæpe mutatis modis, ut significant qui tres numeros in Comœdiis ponunt. Nomen autem in principio fabulae, & scriptoris, & actoris carminibus ad tibias factis pronunciabant, ut disceret ante populus quam fabulam acturi Scænici essent. Cantica in Comœdiis tripliciter agebantur, tibiis s. paribus uel imparibus, dextris aut sinistris, uel utrisq;. Pares uel impares tibiæ in usu erat, quod siqñ monodio agebat, unā tibiæ inflabat, siqñ synodio utrāq;, dextræ uel sinistre, aut Seranæ tibiæ in usu erant, nā dextræ sua grauitate seriem, cōditionēq; pronunciabant. Sinistre aut & Seranæ acuminis leuitate iocum in comedie ostendebant. Vtrāq; dextra. s. & sinistra, mixtos iocos, & grauitatem exprimebat.

## DE SCAENA

Scæna est umbraculum ex arboribus constitutum, à rusticis prius inumbrationis causa compertum, ubi carmina incōdita sæpius de cantabant. Est autem duplex, uersilis & ductilis. Versilis scæna est q;

subito tota machinis quibusdam conuertebatur, & aliam picturam faciem ostendebat. Ductilis uero tractis tabulatis hac atq; illac spē ciem picturæ nudabat interiorem. Notandum & hoc quod in scæna erant Pægmata, Peripetasmata, Aulæa, Pantomimi, Præcones, tibicines, citharœdi, cornicines, choraules, organarii, symphonici, tragœdi, comœdi, funambuli, podarii, & similes.

## DE DIVISIONE ACTVVM

Comœdia uetus paulatim ex numero personarum aucta in qnq; actus neq; plures neq; pauciores processit. Sed paulatim attenuato choro, ita ad nouam peruenit, ut non modo non sit chorus, se ne lo cus quidem illi relinquatur. Quapropter actus (qui in Comœdia sunt) difficile est nosse in latinis fabulis, sublato choro qui se interponendo actus distinguebat. Erat autem chorus ex pluribus ad tibiam concinentibus compositus. Non actor alicuius partis in fabula sed uelut iudex cœforsq; qui sicut recte facta & honesta probat, ita quæ uitiosa & scelestæ sunt reprobat, ita tamen ut actus non interrumperet, sed per interualla finitorum actuum suum cantum interponeret.

## DE DIVISIONE COMœDIAE

In quinq; partes diuiditur Comœdia, in Argumentum. Prologum. Prothesim, Epitasim & Catastrophen. Argumentum est totius agendæ fabulæ narratio, quæ ficta est, sed tamen fieri potuit. Prologus præfatio quædam est fabulæ, in quo solo licet propter argumentum aliquid ad populum, uel ex poeta, uel ex ipsius fabulæ, uel ex auctoris commodo loqui. Differt autem prologus a prologio. Nam prologus est ubi poeta excusat, aut fabula commendatur. Prologium uero cum tantum argumentum describitur. Prothesis est primus actus fabulæ quo pars argumenti explicatur, pars retinetur ad populi expectationem tenendam. Epitasis incrementum progressusq; turbarum est, ac totius modus erroris. Catastrophe est conuersio rerum ad iucundos exitus, paretacta cunctis cognitione gestorum. Et hrc satis de Comœdia. Nunc de metro Iambico pro tempore.

## DE METRO IAMBICO

Iambicos & Heroicos poetas scribit Aristoteles oīm fuisse antiquissimos, carmenq; Iabicum primū tetrametrū fuisse, & illud satyricæ, & saltationi magis accommodatā exprimere poesim. Quod aut Iambicū ante Heroicū fuerit, uel ex eo nobis inquit Aristoteles licet in tueri, quod inter loquendū plura Iabica nobis spōte sese offerunt, & neutiq; accersita succurrūt. Heroica uero q; rarissime, & ea ipsa summissius loquendi excedunt harmoniā. Cœpit à cōtumeliis quidē Iambū, unde & nomē credit̄ habuisse. Sed Polystephanus nomē duxisse existimat ab Iabe ancilla Metæira Hippotoōtis uxore, q; cū uī disset popularē quādā, alias iocularē mœstā mulierē, ioculares quos dā & ridiculos de ipsa cōpositus uersus, à qua inquit carmen Iabicū. quidā illud ab Archilocho originē habuisse ferūt, Aristoteles tñ arbitrat̄ inuentū quod plus cæteris pedibus, oībus cōgruat sermonib⁹

## DE DIVISIONE

Metra Iabica aut sunt Monometra, hoc est q; constant ex duobus pedibus simplicibus, uel Dimetra ex quatuor, uel trimetra, q; senis cōcludunt pedibus. Nā breuitas Iabi efficit, ut duo pedes pro uno habeāt, uel tetrametra ex octo, Pétametra ex decē, Hexametra ex xii. Sed pétametra & hexametra rarissime inueniūt. Igis trimetris & tetrametris frequēter utū Comici. Rursus metrorū aliud est acatalecticū, i.cui nihil deest. Aliud catalecticū hoc est cui deest. Aliud brachycatalecticū ubi syllaba uel tépus deest. Hypercatalecticū uero ubi superflua uel syllaba uel pes dimidi⁹, atq; his oībus gñibus comici

DE PEDIBVS IAMBICI METRI (utuntur). Scribit Hephaestion Iabicū metrū in regione impari, hoc est prima tertia quinta, aut si lōgius pducatur, septima, nona (qñquidē apud comicos inueniūt ad decē usq; pedes puenire) Iambū suscipere. & per resolutionē lōgæ syllabæ Iabi, in duas breues, ibidē tribrachū. Admittere etiā spōdeū, ad tardandā Iabi celeritatē, & per resolutionē primæ spōdei, recipere ibidē anapæstū, & per resolutionē secundæ Dactylū, & per resolutionē utriusq; Procelesmaticū. Ita ut recipiat in his sedibus Iambū, tribrachū, spondeū, anapæstū, dactylū & procelesmaticū. In pari aut hoc est secunda quarta sexta, uel si lōgius euagat octaua & decima, Iambū tribrachū & anapæstū. In fine uero ppter ultimā indifferente syllabā etiā pyrrhichiū. Sciēdū & illud qñ metrū acatalecticū est, in fine Iambū excipere solū, aut pyrrhichiū. qñ aut catalecticū, Iambū in penultima regione, aut perraro tribrachū.

Cæterum Plautus, Ennius, Accius, Terentius, Neuius, Pacuvius, Turpilius, Afranius, & reliqui tam Comici q̄ Tragici ueteres, ita iambi co usi sunt, ut in omnibus locis indifferenter locauerint quinq̄ pedes, Iambum. s. Tribrachum, Anapæstum, Dactylum, & Spōdeum, absq; postremo loco in quo prorsus uel Iambū uel Pyrrhichiū posuisse inueniēt. Erit aut̄ probabilis Iābicus uersus, aptusq; Tragediis, si secundū & quartū pedē, non alios feceris q̄ Iābos, aut eū qui Tribrachus, aut Anapæstus nominat, qm̄ sunt pares. Septenarium uersum fieri dicit Varro, cū ad Iambū qui est in sexta sede, trisyllab⁹ pes addit⁹, quales sunt Cretic⁹ & Amphibrachus, qui etiā Trimetris & Tetrametris apud Terentium frequēter reperiunt̄. Comici poetæ oēs ferē synalcephis, episynalcephis, siue synæresibus & collisionib⁹ & abiectionibus s. literæ sunt usi, suos uersus scandendo. Terentius aut̄ plus oībus. Cicero quoq; in quarto Tusculanarū Euripidis Iambos transferendo, in locis paribus, tanta Dactylos q̄ Spondeos s̄pē ponit. Cæterū Comici nostri in plærisq; prologis, & primis scænis trimetris utūt, Plautus aut̄ in prima scæna Amphitruonis Tetrametris usus est, & Dimetris Brachycatalecticis. At Terentius in om̄i prologo & prima scæna trimetris utif, qui qñq; habent penultimā uersus syllabam, in quibusdam longam & in quibusdam breuem, dēinde lōgissimos. i. tetrametros subdiderūt, q̄ appellans quadrati.

#### DE GENERIBVS

Genera Iambici metri, quib⁹ usi sunt poetæ, plurā perhibentur. Nā ex his, alia integra, alia clauda, quæ Scazonta & Coliābica uocant, quorū differentiā penultima uersus syllaba demonstrabit, nā si breuis fuerit, erit rectū, & integrū Iambicū. sin longa, delumbe, & claudum. hui⁹ repertor fuit Hippoanax, nam pro Iābo inductis trochæis contra legē Trimetri Iambici, metrū innouauit, quod Scazon appellat i. claudicās, quod quasi alienis pedibus in fine maxime sustentetur, & sic claudicet. At quia nostri Comici trochaicis quandoq; utuntur, non erit alienum aliquid de Trochaico breuiter referre.

#### DE METRO TROCHAICO

Trochaicū in locis quidē imparibus excipit Trochæū, Tribrachū, Iambum & Dactylū, in locis aut̄ paribus p̄ter illos etiā Spondeū & Anapæstū. Cū aut̄ Catalecticū est in penultima maxime Trochæū admittit, interdū Tribrachū. cum aut̄ Brachycatalecticū est, in penultimo loco quaterna tépora non recipit. hæc Hæphestion, Man-

lius uero Theodoricus Trochaicū inquit metrū, quis & Spōdeum, & Anapæstū, & Dactylū recipiat, ut Iābicū, ei tñ est contrariū quod in Lambico pedes qui locis imparibus recensi sunt, in trochaico nō nisi paribus licet collocari. Trochæus in hoc metro, quod ex eo non men accepit, locis oībus ponit, Tribrachus locis oībus, p̄ter septimū. Cæterum ab hoc metro, & Tribrachus, & Dactylus, & Anapæstus, non nisi q̄ parcissime, & consultis prius auribus sunt admittendi, quod etiā in Iābico uidemus obseruari. Nam tāetsi oībus imparibus eius metri locis Tribrachū, Anapæstum' ue, aut Dactylum collocandi facultas est, rara tñ eorū fit admixtio, neq; ulla, uel in Iābico, uel in Trochaico metro, aut Trochæo q̄ cū Spōdeo, aut aptior, aut frequentior potest esse cōiunctio. Terentius aut̄ Trochaico mixto, uel confuso cum Iambico utitur in sermone personarum.

Cæterū nos p̄cipuo ac singulari amore erga studioſos adulescentes prouocati, pedes, quibus uersus ferē oēs cōficiunt̄, Iambico & Trochaico metro, ueluti corollarium addidimus, ne prætermittetur quod illis futurum utile uidebatur.

#### DE PEDIBVS

Pes est cōpositio duarū plurium' ue syllabarū, sub certa syllabarū ac temporū obseruatione. Dictus quod eo ita incedere numeri uideant̄, sicuti animalia pedibus gradunt̄. Pes cōstat syllabis, Syllabæ t̄pibus, Tēpora uero motu. Pedes aut̄ sunt duarū syllabarum, aut trium aut̄ quatuor. Pedes qui ex duabus syllabis constant hi ferūt̄.

Pyrrhichius, quem alii Dibrachum, alii Aegeona appellant, duabus constat breuibus ut pater.

Spondeus, duabus syllabis longis, temporibus quatuor, ut musæ. Iambus, ex breui & longa ut dies.

Trochæus, quem quidā Choreū uocant, ex longa & breui ut musa.

#### DE TRISYLLABIS

Dactylus trium est syllabarum qui prima longa, & duabus constat breuibus, ut secula.

Anapæstus, quem quidam Antidactylum nuncuparūt, habet duas breues, & unam longam ut domino.

Tribrachus, quem quidam Brachysyllabum, alii Trincheinon, nonnulli Pygmæona, plæriq; etiam Choreum, tribus constat breuibus & totidem temporibus ut dominus.

Amphibrachus, quem alii Ianiū, alii Scolium uocant, ex breui & longa & breui, ut parentem.

Amphimacrus, quem alii Fescéninū dixere, alii Creticum, constat ex longa, & breui, & longa, ut nomini.

Bacchius, ex breui & duabus longis, ut amori.

Palimbacchius, ex duabus longis & breui ut natura.

#### DE QVADRIS YLLABIS

Procelesmaticus ex quatuor breuibus ut anicula.

Dispondeus ex duobus spondeis. i. ex quatuor longis ut fortunatis.

Diambus ex breui, & longa, & breui, & longa, ut Apollini.

Ditrochæus, ex longa, breui, longa, breui, ut fulminabit.

Antispastus ex Iambo & Trochæo. i. ex breui & longa, longa & breui, ut amabare.

Choriambus, ex longa, duabus breuibus & longa, ut Dardanidæ.

Ionicus maior ex duabus longis & totidem breuibus, ut labétibus.

Ionicus minor ex duabus breuibus & duabus lögis ut Iachrymabat Pæon primus ex longa & tribus breuibus ut nobilior.

Pæon secundus ex breui & lögä, & duabus breuibus ut Cupidinis.

Pæon tertius ex duabus breuibus, longa & breui ut labyrinthum.

Pæon quartus ex tribus breuibus & una longa ut animitas.

Epitritus primus ex breui & tribus longis ut amauissent.

Epitritus secundus ex longa & breui, & duabus lögis ut seruendi.

Epitritus tertius ex duabus longis, breui & longa ut charissimo.

Epitritus quartus ex tribus longis & una breui ut confirmabat.

#### FABVLAE INTER LOCVTORES

SIMO	SENEX
SOSIA	SERVVS
DAVVS	SERVVS
PAMPHILVS	ADVLESSENS
BIRRIA	SERVVS
GLYCERIVM	MERETRIX
CRITO	HOSPES
MYYSIS	ANCILLA
CARINVS	ADVLESSENS
LESBIA	OBSTETRIX
CHREMES	SENEX
DROMO	SERVVS

ANDRIA TERENTII      FO. I  
ACTA LVDIS MEGALENSIBVS.M. FVLVIO  
ET M. GLABRIONE AEDILIB. CVRVLIB.  
EGERVNT L. A MBIVIVS TVRPIO  
LATTILIVS PRAENESTITIVS. MO  
DOS FECIT FLACC VS CLAVDII.  
F. TIBIIS PARIBVS, DEXTRIS  
ET SINISTRIS. ETE ST TOTA  
GRAECA. AEDITA. M. MAR  
CELLO ET SVLPICIO  
COSS.

#### C. SVLPICII APOLLINARIS PERIOCHA

##### TRIMETRI IAMBICI.

Sororem falso creditam meretriculæ

Genere Andriæ Glycerium uitiat Pamphilus

Grauidaq; facta, dat fidem uxorem sibi

Fore hanc, nam aliam pater ei desponderat

Chatam Chremetis, atq; ut amorem comperit

Simulat futuras nuptias, cupiens suus

Quid haberet animi filius cognoscere.

Daui suasu non repugnat Pamphilus.

Sed ex Glycerio natum ut uidit puerulum

Chremes, recusat nuptias, generum abdicat.

Mox filiam Glycerium insperato agnitam,

Hanc Pamphilo dat, aliam Carino coniugem.

## ANDRIAE

Versus eiusdem rationis.

## PROLOGVS

OETA Cum primum animum ad scribendū appulit.

p Id sibi negoti credidit solum dari,  
Populo ut placerent quas fecisset fabulas.

Verum aliter evenire multo intelligit,

Nam in scribendis prologis operam abutitur,

Non qui argumentum narret, sed qui malevoli

Veteris poetæ maledictis respondeat.

Nunc quam rem uitio dent quæso animum aduertite,

Menander fecit Andriam &amp; Perinthiam,

Qui utram uis recte norit, ambas nouerit.

Non ita sunt dissimili arguento, sed tamen

Dissimili oratione sunt factæ, ac stilo.

Quæ conuenere in Andriam, ex Perinthia

Fatetur transfluisse, atq; usum pro suis.

Id isti uituperant factum, atq; in eo disputant,

Contaminari non decere fabulas,

Faciunt næ intelligendo ut nihil intelligent.

Qui cum hunc accusant, Neuium, Plautum, Ennium

Accusant, quos hic noster autores habet.

Quorum æmulari exoptat negligenteriam,

Potius q; istorum obscuram diligentiam.

Dehinc ut quiescant porro moneo, &amp; desinant

Maledicere, malefacta ne noscant sua.

Fauete, adeste æquo animo, &amp; rem cognoscite,

Vt pernoscatis &amp; quid spei sit reliquum.

Posthac quas faciet de integro comedias,

Spectandæ, an exigendæ sint uobis prius.

## ACTVS PRIMVS

Fo. II

Trimetri omnes.

## SIMO SENEX. SOSIA SERVVS

OS istæc intro auferte, abite Sofia

u Ades dum, paucis te uolo. S O. Dictum puta.

Nempe ut cureñ recte hæc. SI. Immo aliud. So. qd est

Quod tibi mea ars efficere hoc possit amplius ? SI.

Nihil istac opus est arte ad hanc rem quam paro.

Sed his, quas semper in te intellexi sitas,

Fide &amp; taciturnitate. S O. Expecto quid uelis. SI.

Ego postq; te emi a paruulo, ut semper tibi

Apud me iusta &amp; clemens fuerit seruitus,

Scis, feci ex seruo ut essemus libertus mihi,

Propterea quod seruiebas liberaliter.

Quod habui summum precium persolui tibi. S O.

In memoria habeo. S I. Haud muto factum. S O. Gaudeo.

Si tibi quid feci aut facio quod placeat Simo, &amp;

Id gratum fuisse aduersum te habeo gratiam. Nota

Sed mihi hoc molestum est, nam istæc commemoratio

Quasi exprobratio est immemoris beneficii.

Quin tu uno uerbo dic, quid est quod me uelis. SI.

Ita faciam, hoc primum in hac re prædicto tibi,

Quas credis esse has, non sunt ueræ nuptiæ. S O.

Cur simulas igitur ? S I. Rem omnem a principio audies.

Eo pacto &amp; gnati uitam, &amp; consilium meum

Cognosces, &amp; quid te facere in hac re uelim.

Nam is postq; excessit ex ephebis Sofia,

Liberius uiuendi fuit potestas, nam antea

Qui scire posse, aut ingenium noscere,

Dum ætas, metus, magister prohibebant ? S O. Ita est. SI.

Quod plerique omnes faciunt adolescentuli.

Vt animum ad aliquod studium adiungant, aut equos

Alere, aut canes ad uenandum, aut ad philosophos.

## ANDRIÆ

Horum ille nihil egregie præter cætera  
 Studebat, & tamen omnia hæc mediocriter,  
 Gaudebam. S O. Non iniuria, nam id arbitror  
**Apprime in uita esse utile, ut NEQ VID NI MIS**  
 Sic uita erat, facile omnes perferre ac pati  
 Cum quibus erat, cumq; una his se se dedere,  
 Eorum obsequi studiis aduersus nemini,  
 Nunq; præponens se illis, ita ut facillime  
**S I N E inuidia laudem inuenias, & amicos pares. S O.**  
 Sapienter uitam instituit, namq; hoc tempore  
**O B S E Q V I V M A M I C O S, Veritas odium parit. S I.**  
 Interea mulier quædam abhinc triennium  
**E X Andro commigravit huic uicinæ.**  
 Inopia & cognatorum negligentia  
**C o a c t a, e g r e g i a f o r m a, atq; æ t a t e i n t e g r a. S O.**  
 Hei uereor nequid Andria apportet mali. S I.  
 Primum hæc pudice uitam, parce ac duriter  
**A g e b a t, l a n a & t e l a u i s t u m q u æ r i t a n s,**  
 Sed postq; amans accessit precium pollicens  
**V n u s, & item alter (I T A V T I N G E N I V M e s t o m n i u m**  
 Hominum, à labore proclive ad libidinem)  
**A c c e p i t c o n d i t o n e m, d e h i n c q u æ s t u m o c c i p i t.**  
 Qui tum illam amabant, forte (ita ut sit) filium  
 Perduxere illuc secum, ut una esset meum.  
**E g o m e t c o n t i n u o m e c u m, c e r t e c a p t u s e s t,**  
 Habet, obseruabam mane illorum seruulos  
 Venientis aut abeuntis, rogitabam heus puer  
 Dic sodes, quis heri Chrysidem habuit, nam Andriæ  
 Illi, id erat nomen. S O. teneo. S I. Phædrum, aut Cliniam  
 Dicebant, aut Niceratum, nam hi tres tum simul  
 Amabant, echo quid Pamphilus? quid? Symbolum  
 Dedit, cœnauit, gaudebam, item alio die  
 Quærebam, comperiebam nihil ad Pamphilum

## ACTVS PRIMVS

Fo. III

Quicq; attinere, enim uero spectatum satis  
 Putabam, & magnum exemplum continentia. Nam qui cum ingenii conflictatur eiusmodi,  
 Neq; commouetur animus in ea re tamen,  
 Scias posse habere iam ipsum suæ uitæ modum.  
**C a m i d m i h i p l a c e b a t, t u m u n o o r e o m n e s o m n i a**  
 Bona dicere, & laudare fortunas meas,  
 Qui gnatum haberem tali ingenio præditum.  
 Quid uerbis opus est? hac fama impulsus Chremes  
**V l t r o a d m e u e n i t, u t u n i c a m g n a t a m s u a i m**  
 Cum dote summa filio uxorem daret.  
 Placuit, despondi, hic nuptiis dictus est dies. S O.  
 Quid obstat cur non uera fiant? S I. Audies.  
 Fere in diebus paucis, quibus hæc acta sunt,  
 Chrysis uicina hæc moritur. S O. O factum bene,  
 Beasti, metui a Chryside. S I. Ibi tum filius metuo a Chryside  
 Cum illis qui amabant Chrysidem una aderat frequens,  
 Curabat una funus, tristis interim.  
 Nonnunq; collactum abat, placuit tum id mihi,  
 Sic cogitabam, hic paruæ consuetudinis  
 Causa, mortem huius tam fert familiariter.  
 Quid si ipse amasset? quid mihi hic faciet patri?  
 Hæc ego putabam esse omnia humani ingenii  
 Mansuetiq; animi officia. Quid multis moror?  
 Egomet quoq; eius causa in funus prodeo,  
 Nil suspicans etiam mali. S O. Hem quid est? S I. Scies.  
 Ecferitur, imus, interea inter mulieres,  
 Quæ ibi aderant, forte unam aspicio adolescentulam  
 Forma. S O. Bona fortasse. S I. & uult Sofia  
 Adeo modesto, adeo uenusto ut nihil supra,  
 Quæ tum mihi lamentari præter cæteras  
 Visa est, & quia erat forma præter cæteras  
 Honesta ac liberali, accedo ad pedisequas,

b iii

Quæ sit rogo, sororem esse aiunt Chrysidis.  
 Percussit illico animam, at at, hoc illud est,  
 Hinc ille lacrumæ, hæc est illa misericordia. S.O.  
 Quam timeo quorsum euadat. S.I. Funus interim  
 Procedit, sequimur, ad sepulchrum uenimus,  
 In ignem positaſt, fletur, interea hæc soror  
 Quam dixi, ad flammam accessit imprudentius  
 Satis cum periculo, ibi tum examinatus Pamphilus  
 Bene dissimulatum amore, & celatum indicat. R. B. n. 17  
 Adcurrit, medianam mulierem complectitur,  
 Mea Glycerium inquit, quid agis? cur te is perditum?  
 Tum illa (ut consuetum facile amorem cerneret.)  
 Reiecit se in eum, flens q̄ familiariter. S.O.  
 Quid ais? S.I. Redeo inde iratus atq; ægrefrerens,  
 Nec satis ad obiurgandum cause, diceret,  
 Quid feci? quid commerui? aut peccauit pater?  
 Quæ se se uoluit in ignem iniicere, prohibui,  
 Scruauit, honesta ratio est. S.O. Recte putas.  
 Nam si illum obiurges uitæ qui auxilium tulit,  
 Quid facies illi, qui dederit damnum aut malum? S.I.  
 Venit Chremes postridie ad me clamitans,  
 Indignum facinus conperisse, Pamphilum  
 Pro uxore habere hanc peregrinam, ego illud sedulo  
 Negare factum, ille instat factum, deniq; Jn Ant. Post. et vel Br. 17  
 Ita tum discedo ab illo, ut qui se filiam.  
 Neget daturū. S.O. Non tu ibi gnatum? S.I. Nec quidem hæc  
 Satis uehemens causa ad obiurgandum. S.O. qui? cedo. S.I.  
 Tute his rebus finem præscripsisti pater,  
 Prope adeſt, cum alieno more uiuendum est mihi,  
 Sine nunc meo me uiuere interea modo. S.O.  
 Quis igitur relicitus est obiurgandi locus? S.I.  
 Si propter amorem uxorem nolit ducere,  
 Ea prium ab illo animaduertenda iniuriast.

Et nunc id operam do, ut per falsas nuptias  
 Vera obiurgandi causa sit, si deneget,  
 Simul sceleratus Dauus liquid consili  
 Habet ut consumat nunc, cum nihil obsint doli,  
 Quem ego credo manibus pedibusq; obnoxie omnia  
 Facturum, magis id adeo mihi ut incommodet,  
 Quam ut obsequatur gnato. S.O. Quapropter? S.I. Rogas?  
 Mala mens, malus animus, quem quidem ego si sensero.  
 Sed quid opus est uerbis? sine eueniait quod uolo,  
 In Pamphilo ut nihil sit moræ, restat Chremes  
 Qui mihi exorandus est, & spero confore.  
 Nunc tuum est officium, has bene ut assimiles nuptias.  
 Perterefacias Dauum, obserues filium,  
 Quid agat, quid cum illo consilii captet. S.O. sat est,  
 Curabo, eamus iam nunc intro. S.I. I. præ, sequar.

Partim Senarii, partim Quadrati, Dimeter unus.

### SIMO. DAVVS

O N dubium est quin uxorem nolit filius,  
 Ita Dauum modo timere sensi, ubi nuptias  
 Futuras esse audiuit, sed ipse exit foras. D.A..  
 Mirabar hoc si sic abiret, & heri semper lenitas  
 Verebar quorsum euaderet.  
 Qui postq; audierat non datum iri uxorem filio suo,  
 Nunq; cuiq; nostrum uerbum fecit, neq; id ægre tulit. S.I.  
 At nunc faciet, neq; (ut opinor) sine tuo magno malo. D.A..  
 Id uoluit nos sic nec opinantes duci falso gaudio,  
 Sperantis iam amoto metu inter oscitantes opprimi,  
 Ne esset spacium cogitandi ad disturbandas nuptias,  
 Astute. S.I. carnifex q̄ loquif? D. Herus est, neq; p̄uiderā. S.I.  
 Daue. D.A. hem quid est? S.I. chodum ad mē. D.A. quid hic  
 uult? S.I. quid ais? D.A. qua de re? S.I. rogas?

## ANDRIAE

Meū gnatū rumor est amare. D A. Id populus curat scilicet. S I.  
 Hoccine agis an nō? Da. ego uero istoc. Si sed nūc ea me exqretere  
 Iniqui patris est, nam quod antehac fecit, nihil ad me attinet,  
 Dum tempus ad eam rem tulit, siui animum ut expleret suum.  
 Nunc hæc dies aliam uitam adfert, alios mores postulat.  
 Dehinc postulo, siue æquū est te oro daue, ut redeat iā in uiā. D.  
 Hoc quid sit. S I. oēs qui amāt grauiter sibi dari uxorē ferūt. Da.  
 Ita aiunt. Si. tum si quis magistrū cœpit ad eam rem improbū,  
 Ipsum animū ægrotū ad deteriorē partē plærūq applicat. D A.  
 Nō hercle intelligo. Si. nō? hem. Da. nō, dauus sū, nō Oedipus. S I.  
 Népe ergo aperte uis q̄ restant me loqui? D A. sane quidē. S I.  
 Si sensero hodie quicq̄ in his te nuptiis fallaciæ  
 Conari quo fiant minus, aut uelle in ea re ostēdere q̄ sis callidus,  
 Verberibus cæsum te Daue in pistrinū dedam usq ad necem.  
 Ea lege atq̄ omne, ut si te inde exemerim, ego pro te molam.  
 Quid hoc itel extin tān nōdū s̄ne hoc quidē? D A. immo callide  
 Ita aperte ipsam rem modo locutus, nil circuitione usus es. S I.  
 Vbi uis facilius passus sim q̄ in hac re me deludier? D A.  
 Bona uerba quæso. S I. irrides nihil me fallis, sed dico tibi  
 Ne temere facias, neq̄ haud dicas tibi non prædictum, caue.

Eiusdem rationis sunt uersus scæne superioris.

## DAVVS SOLVS

Nituero Daue nihil loci est segnitia; neq; secordia;  
 Quantū intellexi modo senis sententiā de nuptiis,  
 Quæ si nō astu prouident, me aut herū pessundabūt.  
 Nec quid agam certū est, Pamphilū ne adiutē, an auscultē seni,  
 Si illum relinquo eius uitæ timeo, sin opitulor, huius minas,  
 Cui uerba dare difficile est, primū iam de amore hoc cōperit,  
 Me infensus seruat, ne quam faciam in nuptiis fallaciā,  
 Si senserit peri, aut si libitum fuerit, causam cōperit.

## ACTVS PRIMVS

Fo.V

Quo iure, quaq̄ iniuria præcipitem me in pistrinum dabit.  
 Ad hæc mala hoc mihi accedit etiam, hæc Andria  
 Siue ista uxor, siue amica est, grauida e Pamphilo est.  
 Audireq; eorum est opera precliam audaciam,  
 N A M incepio est amentium, haud amantium,  
 Quicquid peperisset decreuerunt tollere.  
 Et fingunt quandam inter se nunc fallaciam,  
 Ciuem Atticam esse hanc. Fuit olim quidam senex  
 Mercator, nauem is fregit apud Andrum insulam.  
 Is obiit mortem, ibi tum hanc eiectam Chrysidis  
 Patrem recepisse orbam, paruam, fabulæ.  
 Mihi quidem hercle non fit uerisimile,  
 Atq; ipsis commentum placet, sed Mysis ab ea egreditur.  
 At ego hinc me ad forum ut conueniam Pamphilum,  
 Ne de hac re pater imprudentem opprimat.

Ootonarii omnes.

## MYSIS ANCILLA

Vdiui Archyllis iam dudum Lesbiam adduci iubes,  
 a Sane pol illa temulenta est mulier & temeraria,  
 Neq; satis digna cui committas primo partu mulierē.  
 Tamen adducam eam, importunitatem spectate aniculæ,  
 Quia compotrix eius est, Dii date facultatem obsecro  
 Huic pariundi, atq; illi in aliis potius peccandi locum.  
 Sed quid nā Pamphilum examinatū video & uereor quid siet.  
 Opperiar, ut sciām quid nam hæc turba tristiciæ adferat.

Quadrati partim, Trimetri nonnulli, Monometer unus,  
 & Dimeter alter.

## PAMPHILVS. MYSIS

Occine est humanū factum aut inceptū, hoc cīne offici  
 h Quid illud est? P A. Cum patris ē M Y.  
 Proh deū atq; hoīm fidē, qd est, si hæc nō cōtumelia est?  
 Vxorem decretat se se dare mihi hodie, nonne oportuit?  
 Præcisſe me ante ē nōne prius cōmunicatū oportuit? M Y.  
 Misera me quod uerbū audio. P. qd Chremes, qui denegauerat  
 Se commissurū mihi gnatam suam uxorem, id mutauit, quia  
 Me immutatum uidet, ita ne obstinate operam dat, ut  
 Me à Glycerio miserum abstrahat? quod si fit, pereo funditus  
 Adeon hominē inueniūtū esse, aut infelicē quenq; ut ego sum,  
 Proh deum atq; hominum fidem, nullon ego  
 Chremetis pacto affinitatem effugere potero? quot modis  
 Contemptus, spretus, facta, transacta omnia, hem  
 Repudiatus repetor, quāobrem, nisi id est quod suspicor,  
 Aliquid monstri alunt, ea quoniam nemini obtrudi potest.  
 Itur ad me. M Y. oratio hæc me miserā exanimauit metu. P.  
 Nam quid ego nunc dicam de patre? ah tantam ne rem  
 Tam negligenter agere? præteriens modo mihi apud forum  
 Vxor tibi ducenda est Pamphile hodie inquit, para, abi domū.  
 Id mihi uisus est dicere, abi cito, ac suspende te.  
 Obstupui, censem me uerbū potuisse ullum proloqui?  
 Aut uilā causam ineptam, saltem fallam, iniquam & obtutui.  
 Quod si ego resciſsem id prius, quid facerē si quis nūc me roget?  
 Aliquid facerē, ut hoc ne facerē, sed nūc quid primū exequar?  
 Tot me impediunt curæ, quæ meū animū diuorse trahunt,  
 Amor, misericordia huius, nuptiarum solicitatio,  
 Tum patris pudor, qui me t am leni passus est animo usq; adhuc  
 Quæ meo cung; animo libitū est facere, ei ne ego ut  
 Aduerser; hei mihi, incertum est quid agam. M Y.  
 Misera timeo incertū hoc quorsum accidat, sed nūc peropust,  
 Aut hunc cū ipsa, aut aliiquid de illa me aduersum hūc loqui.  
 Dū in dubio est animus, paulo momēto huc illuc impellit. P.  
 Quis hic loquif? M ysis salue. M Y. o salue Pamphile. P. quid  
 agitur. M Y. rogas?

Laborat e dolore, atq; ex hoc misera sollicita est die,  
 Quia olim in hunc sunt cōstitutæ nuptiæ, tum aut hoc timet,  
 Ne deserat se. P A. ego ne istuc conari queam?  
 Ego propter me illam decipi miseram sinam?  
 Quæ mihi suum animū atq; omnē uitam eredit?  
 Quam ego animo egregie charam pro uxore habuerim,  
 Bene, & pudice eius ductum, atq; eductum sinam  
 Coactum egestate ingenium immutarier?  
 Non faciam. M Y. Haud uereor si in te solo sit situm.  
 Sed uim ut queas ferre. P A. Adeon me ignavum putas?  
 Adeon porro ingratum, aut inhumanum, aut ferum,  
 Ut neḡ me consuetudo, neq; amor, neq; pudor  
 Commoueat, neq; commoneat ut seruem fidem? M Y.  
 Vnum hoc scio hanc meritam esse, ut memor esses sui. P A.  
 Memor essem? o M ysis m ysis, etiam nunc mihi  
 Scripta illa dicta sunt in animo Chryfidis  
 De Glycerio, iam ferme moriens me uocat.  
 Accessi, uos sernotæ, nos soli, incipit.  
 Mi Pamphile huius formam atq; atatem uides,  
 Nec clam te est q illi nunc utræq; res inutiles  
 Et ad pudicitiam & ad rem tutandam sient.  
 Quod ego per hanc te dextram oro, & genium tuum,  
 Per tuam fidem perq; huius solitudinem  
 Te obtestor, ne abs te hanc segreges, neu deserat,  
 Si te in germani fratri loco,  
 Siue hæc te solum semper fecit maximum,  
 Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus.  
 Te isti uirum do, amicum, tutorem, patrem.  
 Bona nostra hæc tibi committo, & tu & mando fidei.  
 Hanc in manum dat, mors continuo ipsam occupat,  
 Accepi, acceptam seruabo. M Y. Ita spero quidem. P A.  
 Sed cur tu abis ab illa? M Y. Obstericē accesso. P. Propera.  
 Atq; audin, uerbum unum caue de nuptiis,

Ne ad morbum hoc etiam. M Y . teneo.

Versus partim Octonarii, partim Senarii, & nonnulli Pentametri.

## ACTVS SECUNDVS

CARINVS. BIRRIA. PAMPHILVS.

Vidais Birria, daf ne illa Pamphilo hodie nuptū ē BI.

**q** Sic est. CA. Qui scis ē BI. apud forum modo e Dauo  
audiui. CA. ue misero mihi.

Vt animus in spe atq; in timore usq; antehac attentus fuit.

Ita postq; adempta spes est, lassus cura confessus stupet. BI.

Quæso ædepol Carine, qm̄ nō porest id fieri quod uis, id uelis  
Quod possit. CA. Nil uolo aliud nisi Philumenā. BI.

Ah quanto satius est te id dare operam,

Qui istum amorem ex animo amoueas tuo,

Quam id loqui, quo magis libido frustra incendatur tua. CA.

FA CI LE omnes cum ualemus, recta consilia ægrotis damus,

Tu si hic sis aliter sentias. B. Age age ut lubet. C. sed Pamphilū.

Video, oia experiri certū est prius q; pereo. B. quid hic agit. C.

Ipsum hunc orabo, huic supplicabo, amore huic narrabo meū.

Credo impetrabo, ut aliquot saltē nuptiis prodat dies,

Interea fiet aliquid spero. B. Id aliquid nihil est. CA. Birria.

Quid tibi uidetur, adeon ad eū. B. quid, nisi nihil ut impetrēs

Vt arbitretur sibi paratū mœchum si illam duxerit. CA.

Abi hinc in malam crucē cum suspicione istac, scelus. PA.

Catinum uideo, salue. CA. O salue Pamphile,

Ad te uenio, spem, salutē, auxiliū, consiliū expetens. PA.

Neq; pol consilii locum habeo, neq; auxilii copiam,

Sed istuc quid nā est. C. Hodie uxorē ducis. P. aiūt. C. Paphile

Si id facis, hodie postremū me uides. P. Quid ita. C. Hei mihi

Vereor dicere huic, dic quæso Birria. B. Ego dicā. P. qd est. B.

Spōsa hic tuā amat. P. Nā iste haud meū sentit, ehdū dic mi  
Nunq; d nā ampliū tibi cū illa fuit Carine. C. Ah Paphile, hi.  
Nihil. P. quā uelle. C. nūc te per amicitiā, & per amorē obsecro,  
Principio ut ne ducas. P. Dabo eqdē operā. C. Sed si id nō pōt.

Aut tibi hæ nuptiæ sunt cordi. P. cōrdi? C. Saltē aliquot dies

Profer, dū proficiscor aliquo ne uideam. P A. Audi nunc iam

Carine, EGO neutiq; officium liberi esse hominis puto,

Cum is nihil promereat, postulare id gratiæ apponi sibi.

Nuptias effugere ego istas malo, quam tu adipisciēr. CA.

Reddisti animū. P. Nūc si quid potes, aut tu, aut hic Birria,

Facite, singite, inuenite, efficite, qui detur tibi,

Ego id agā, mihi qui ne detur. C. Sat habeo. P. Dauū optime

Video, cuius cōsilio fretus sum. C. at tu hercle haud qcq; mihi,

Nisi ea q; nihil opus sunt scire, stig in hinc. B. Ego uero ac lubēs.

Tetrametri Trochaici, & Senarii quidam.

## DA VVS. CARINVS. PAMPHILVS.

II boni, boni quid porto? sed ubi inueniā Pamphilum

d. Vt metū i quo nūc ē adimā atq; expleā aīm gaudio? C.

Læt⁹ ē, nescio qd. P. nihil ē, nōdū hæc rescivit mala. D.

Quem ego nūc credo, si iam audierit sibi paratas nuptias. C.

Audin tu illum? D. Toto me oppido exanimatū quærere,

Sed ubi quærāt aut quo nūc primū intēdā? C. cessas alloqui? D.

Abeo. P. Daue ades, resistē. D. Quis hō est q; me? o Pamphile

Te ipsum quæro, euge Carine, ambo oportune, uos uolo. P.

Daue perii. D. quin tu hoc audi. P. Interii. D. qd timeas scio. C.

Mea quidē hercle in dubio est uita. D. Et quid tu, scio. P.

Nuptiæ mihi. D. Et si scio. P. hodie. D. obtūdis, tā et si intelligo,

Id paues, ne ducas tu illā, tu aut ut ducas. C. Rem tenes. P.

Istuc ipsum. D. atq; istuc ipsum nihil pericli est, me uide. P.

Obsecro q; primū hoc me libera miserū metu. D. Hem libero.

Vxotē tibi nō dat iā Chremes. P. qui scis. D A. scio, tuus pater  
 Modo me prehendit, ait tibi uxorem dare se se hodie.  
 Item alia multa, quæ non est narrandi locus,  
 Continuo ad te properas, percurro ad forū ut dicam tibi hæc.  
 Vbi te nō inuenio ibi, ascendo in quandam excelsum locū.  
 Circūspicio, nūsq; forte ibi huius video Birriam.  
 Rogo, negat uidisse se, mihi molestum, quid agam cogito'.  
 Redeunti interea ex ipso te mihi incidit suspicio, hem  
 Paululum obsonii, ipsus tristis, de improviso nuptiæ  
 Nō coherēt. P. quorsū nā istuc? D. Egomet cōtinuo ad Chremē  
 Cum illoc aduenio, solitudo ante ostium, iam id gaudeo. C.  
 Reste dicas. P A. Perge. D. Maneo, interea introire neminem  
 Video, exire neminem, matronam nullam in ædibus  
 Nihil ornati, nihil tumulti, acceſſi intro, aspexi. P. Scio  
 Magnū signū. D A. Num uidenſ cōuenire hæc nuptiis? P A.  
 Non opinor Daue. D. Opinor narras? non restē accipis,  
 Certa res est, etiam pueri inde abiens conueni Chremis,  
 Holera & pīsculos minutos ferre obolo in cōnam seni. C A.  
 Liberatus sum hodie Daue tua opera. D. ac nullus quidem. C.  
 Quid ita? nempe huic prorsus illā non dat. D. ridiculū caput.  
 Quasi necesse sit si huic nō dat, te illam uxorem ducere.  
 Nisi uides, nisi senis amicos oras, ambis. C A. Bene mones,  
 Ibo, & si hercle ſæpe iam me ſpes hæc fruſtrata eſt. Vale.

Eiusdem rationis cum superiori.

PAMP HILVS.

DAVVS.

Vid igif daue ſibi uult pī, cur ſimulat? D. ego dicā tibi  
 q Si id ſuccenſeat nīc quia non det tibi uxore Chremes,  
 Iplus ſibi eſſe iniurius uideatur, neq; id iniuria,  
 Prius q; tuū animū ut ſe ſe habeat ad nuptias, perſpexerit,  
 Sed ſi negariſ ducere, ibi culpam omnē in te transferet,

Tū illæ turbæ fient. P. quid uis patiar? D. pater eſt Pamphile,  
 Difficile eſt, tum hæc ſola eſt mulier, diſtū ac faſtū imuenerit  
 Aliquā cauſam, quā ob rēciiciat oppido. P. Eiiciat? D. cito. P.  
 Cedo igif qd faciā Daue? D. Dic te duſturū, Phē. D. qd eſt. P.  
 Ego ne dicam? D. Cur nō? P. Non faciā. D. Ne nega. P.  
 Suadere aoli. D A. Ex ea re quid ſiat uide. P A.  
 Ut ab illa excludat, hæc concluſat. D. Non ita eſt.  
 Nempe hoc ſic eſſe opinor dicturum patrem,  
 Ducas uolo uxorem hodie, tu ducam inquires,  
 Cedo quid iurgabit tecum? hic feddes omnia  
 Quæ nunc ſunt certa ei consilia, incerta ut ſient  
 Sine omni periculo, nam haud dubiū eſt quin Chremes  
 Tibi non det gnataim, nec tu ea cauſa minueris  
 Hæc quæ facis, ne iſ ſuam mutet ſententiam,  
 Patri dic uelle, ut cum uelit tibi iure iraſci non queat.  
 Nam quod tu ſperas propulsabo facile, uxorē his moribus  
 Dabit nemo, inueniet inopem potius q; te corrumpi ſinat.  
 Sed ſi te æquo animo ferre accipiet, negligentem feceris  
 Alia ociosus quæret, interea aliiquid acciderit boni. P A.  
 Itan credis? D A. Haud dubium id quidem eſt. P. Vide quo  
 me inducas. D A. quin taces. P A.  
 Dicam, puerum autem ne reſciscat mihi ex illa cautio eſt.  
 Nā pollicitus sum ſucepturū. D. O facinus audax. P. hæc fidē  
 Sibi me obſecrauit, qui ſe ſciret non deſerturum ut darem. D.  
 Curabitur, ſed pater adeſt, eaue te eſſe tristem ſentiat.

Trimetri Ianibici.

SIM O. D AVVS. P AMPHIL VS.

Euiso quid agant, aut quid captent consili. D.  
 r Hic nunc non dubitat quin te duſturm neges,  
 Venit meditatus alicundē ex ſolo loco,  
 Orationem ſperat inueniſſe ſe,  
 Qua differat te, proin tu fac apud te ut

c iiiii

Sies. P A .modo ut possim Daue. D .Crēde inquā hoc mihi.  
Nunq̄ hodie tecum commutaturum patrem  
Vnum esse uerbum , si te dices ducere.

Senarii ut superiores.

## BIRRIA. SIMO. DAVVS. PAMPHILVS.

Erus me relictis rebus iussit Pamphilum  
h Hodie obseruare ,ut quid ageret de nuptiis  
Scirem ,id propterea nunc ueniente sequor.  
Ipsum adeo præsto uides cum Dauo ,hoc agam .SI.  
Vtrunḡ adesse video .DA .Hem serua .SI .Pamphile .DA .  
Quasi de improuiso respice ad eum .P A .hem pater .DA .  
Probe .SI .Hodie uxorem ducas ut dixi uolo .BI .  
Nunc nostra timeo parti quid hic respondeat .P A .  
Neḡ istic neq; alibi tibi usq; erit in me mora .BI .Hem .D .  
Obmutuit .BI .Quid dixit & S I .Facis ut te decet ,  
Cum istuc quod postulo impetro cum gratia .D A .  
Sum uerus & BI .Herus quantum audio uxore excidit SI .  
I ,nunc iam intro ,ne in mora cum opus sit fies .P A .  
Eo .BI .Nulla ne in re esse homini cuiq; fidem &  
Verum illud uerbum est uulgo quod dici solet .  
OMNES SIBI ESSE melius malle q; alteri .  
Ego illam uidi uirginem ,forma bona  
Memini uidere ,quo equior sum Pamphilo ,  
Si se illam insomnis q; illum amplecti maluit .  
Renunciabo ,ut pro hoc malo mihi det malum .

Trimetri Lambici ,& unus Septenarius .

DAVVS. SIMO.

Ic nunc me credit aliquam sibi fallaciam  
h Portare ,& ea me hic restitue gratia SI .  
Quid Daues narrat & D .æque quicq; nūc quidem .SI .  
Nihil ne ,hem & D .nihil prorsus .S .at qui e expectabā quidē .D .  
Præter spem euuenit sentio ,hoc male habet uirum .SI .  
Potin es mihi uerum dicere .D A .Nihil facilius .SI .  
Num illi molestæ quidpiam hæ sunt nuptiæ ,  
Propter huiuscæ hospitæ consuetudinem D A .  
Nihil hercle ,aut si adeo ,bidui aut tridui est .  
Hæc solicitude ,noſtin & deinde desinet .  
Etenim ipse secum eam rem recta reputauit uia .SI .  
Laudo .D A .Dum licitum est ei ,dumq; ætas tulit  
Amauit ,tum id clam cauit ,ne nunq; infamiae  
Ea res sibi esset ,ut uirum fortem decet .  
Nunc uxore opus est ,animum ad uxorem appulit .SI .  
Subtristis uisus est esse aliquantulum mihi .D A .  
Nihil propter hanc rem ,sed est quod succenset tibi .SI .  
Quid nā est & D .puerile est .S .Quid est & D .Nihil .S .Quin dic  
Ait nimiu parce facere sumptū .S .me nes D .te .(qd est D .  
Vix inquit drachmis est obſonatus decem .  
Non filio uidetur uxorem dare .  
Quem inquit vocabo ad cœnam meorum æqualium  
Potissimum nunc & quod dicendum hic siet .  
Tu quoq; perpare nimium ,non laudo .SI .Tace .D A .  
Commoui .SI .Ego istæc recte ut fiant uidero .  
Quid nam hoc rei est & quid hic uult ueterator sibi ?  
Nam si hic mali est quicq; hem ,illuc est huic rei caput .

Versus eiusdem rationis .

MYSIS SIMO.DAVVS.LESBLA.GLYCERIVM.

ACTVS TERTIVS.

Ta pol quidem res est ( ut dixi ) Lesbia,  
 i Fidelem haud ferme mulieri inuenias uirum. SI.  
 Ab andria est ancilla hæc ,qd narras ? D. Itaq. M Y. sed  
 Hic Pamphilus . SI. quid dicit ? M Y. firmauit fidē. S I. Hem. D.  
 Vtinam aut hic surdus ,aut hæc muta facta sit . M Y.  
 Nam quod peperisset iussit tolli . SI. O Jupiter  
 Quid ego audio ? actum est , siquidem hæc uera prædicat . L E.  
 Bonum ingenium narras adulescentis . M Y. Optimum ,  
 Sed sequere me intro , ne in mora illi fies . L E. Sequor . D A.  
 Quod remediū nunc huic malo inueniam ? SI. Quid hoc ?  
 Adeon est demens & ex peregrina , iam scio , ah  
 Vix tandem sensi stolidus . D A. Quid hic sensisse se ait ? SI.  
 Hæc primum adfertur iam mihi ab hoc fallacia ,  
 Hanc simulant parere , quo Chremetem absterreant . GL Y.  
 I V N O Lucina fer opem serua me obsecro . SI.  
 Hui tam cito , ridiculum , postq ante hostium  
 Me audiuit stare , ad properat , non sat commode  
 Diaisa sunt temporibus tibi Daue hæc . D A. Mihin ? SI.  
 Non immemor es discipuli . D. Ego quid narres nescio . S I.  
 Hiccine me si imparatum in ueris nuptiis  
 Adortus esset , quos mihi ludos redderet ?  
 Nunc huius periculo fit , EGO IN PORTV NAVIGO .

Trimetri , & Tetrametri Trochaici , & unus Dimeter  
 Catalecticus & Pentameter alter .

## LESBIA. SIMO. DAVVS.

Dhuc Archyllis quæ adsolent , quæ oportet  
 a Signa esse ad salutem , omnia huic esse video ,  
 Nunc primum fac istæ ut lauet , post deinde  
 Quod iussi ei dari bibere , & quantum imperavi ,  
 Mox ego hoc reuerter .

Ecastor scitus puer est natus Pamphilo ,  
 Deos quæso ut sit superstes , qndoquid ipse est ingenio bono .  
 Cunq huic ueritus est optime adulescenti facere iniuriā . SI .  
 Vel hoc quis nō credat q tenorit , abs te esse ortū ? D. Quid nā  
 Nō imperabat corā quid opus factō effet puerperæ , id est ? S.  
 Sed postq egressa est , illis quæ sunt intus clamat de uia :  
 O Daue itan contemnor abs te & aut ita ne tandem idoneus  
 Tibi videor esse , quem tam aperte fallere incipias dolis ?  
 Saltem accurate ut metui uidear , certe si refeierim . D A.  
 Certe hercle nunc ipsus se fallit , haud ego . SI . edixin tibi ?  
 Interminatus sum ne faceres ? num ueritus & quid retulit ?  
 Credon tibi hoc , nunc peperisse hanc e Pamphilo ? D A.  
 Teneo quid erret , quid agam habeo . SI . Quid taces ? D A.  
 Quid ceras & quasi nō renunciata tibi sint hæc sic fore & SI .  
 Mihin quisq ? D. Echo an tu te intellexisti hoc assimularier ? S.  
 Irrideor . D. denūciatū est , nā qui istæ tibi incidit suspicio & S.  
 Qui ? quia te norā . D. Quasi tu dicas factū id cōsilio meo . S.  
 Certe em̄ scio . D. Nō satis me pernosi etiā qualis sim Simo . S.  
 Ego ne te ? D. sed siquid tibi narrare occipi , continuo dari  
 Tibi uestra cœles . S. falso . D. Itaq nihil hercle mutire iā audeo . S.  
 Hoc ego scio unum , neminē peperisse hic . D A. Intellexisti ?  
 Sed nihilo secius puerum deferent huc ante ostium .  
 Id ego iam nunc tibi renuncio here futurum ut sis sciens ,  
 Ne tu hoc mihi posterius dicas , Davi factū consilio aut dolis .  
 Prorsus a me opinionē hanc tuam esse amotam uolo . S I.  
 Vnde id scis ? D. audiui & credo . SI . multa concurrūt simul ,  
 Qui coniecturā hanc nūc facio , iam prius hæc se e Pamphilo .  
 Grauidam dixit esse , inuentū est falsum , nunc postq uidet  
 Nuptias domi apparari , missa est ancilla ilico  
 Obstetricē accessitū ad eam , & puerū ut adferat simul . D.  
 Hoc nisi sit puerū ut tu uideas , nihil mouentur nuptiæ . SI .  
 Quid ais ? cum intellexeras id consilium capere , cur non dixisti  
 exemplo Pamphilo ? D A.

Quis igitur eum ab illa abstraxit nisi ego & nā omnes nos quidē  
 Scimus q̄ misere hanc amarit ,nunc sibi uxorem expetit ,  
 Postremo id mihi da negoci ,tu tamen has nuptias  
 Perge facere ita ut facis ,& id spero adiutores deos . S I.  
 Immo abi intro ,ibi me operire ,& quod parato opus est para .  
 Non impulit me hæc nunc omnino ut crederem ,  
 Atq; haud scio ,an quæ dixit sint uera omnia ,  
 Sed paruipendo ,illud mihi multo maximum est ,  
 Quod mihi pollicitus est ipsius gnatus ,nunc Chremen  
 Conueniam ,orabo gnato uxorem si impetro ,  
 Quid alias malim q̄ hodie has fieri nuptias ?  
 Nam gnatus quod pollicitus est haud dubium id est mihi .  
 Si nolit ,quin eum merito possim cogere ,  
 Atq; adeo in ipso tempore ecum ipsum obuiam .

Otonarii ,ac Senarii ,& Dimeter unus .

### SIMO. CHREMES.

Vbeo Chremetem . CH. O te ipsum quærebam . S I. &  
 i ego te . CHRE. Optato aduenis .  
 Aliquot me adierūt ,ex tē auditū qui aiebat ,hodie filia  
 Meam nubere tuo gnato ,id uiso ,tun ,an illi infiant . S I.  
 Ausculta paucis ,& quid ego te uelim ,& tu quod quæris scies . C.  
 Ausculo ,loquere quid uelis . S I.  
 Per ego te deos oro & nostram amicitiam Chreme ,  
 Quæ incepta a paruis ,cum ætate accreuit simul .  
 Perq; unicam gnatam tuam ,& gnatum meūm ,  
 Cuius tibi potestas summa seruandi datur ,  
 Ut me adiuues in hac re ,atq; ita ut nuptiæ  
 Fuerant futuræ fiant . CH. Ah me ne obsecra ,  
 Quasi hoc te orando impetrare a me oporteat .  
 Alium esse censes nunc me atq; olim cum dabam ?

Si in rem est utriq; ut fiant ,accersi iube .  
 Sed si ex ea re plus mali est q̄ commodi  
 Vtriq; id te oro in commune ut consulas ,  
 Quasi illa tua sit ,Pamphiliq; ego sim pater . S I.  
 Immo ita uolo ,itaq; postulo ut fiat Chreme .  
 Neq; postulem abste ,ni ipsa res moneat . CH. quid est ? S I.  
 Iræ sunt inter Glycerium & gnatum . CHRE. Audio . S I.  
 Ita magna ,ut sperem posse auelli CHRE. Fabulæ . S I.  
 Profecto sic est . C H R E. Sic hercle ut dicam tibi .  
 A M A N T I V M I R A E , Amoris integratio est . S I.  
 Hem id te oro ,ut ante eamus dum tempus datur .  
 Dumq; eius libido occulta est contumeliis ,  
 Priusq; harum sceleræ & lacrumæ confitæ dolis ,  
 Reducant animum ægratum ad misericordiam ,  
 Vxorem demus ,spero consuetudine ,  
 Et coniugio liberali deuictum Chreme .  
 Dein facile ex illis se se emersurum malis . CHRE.  
 Tibi ita hoc uidetur ,at ego non posse arbitror ,  
 Neq; illum hanc perpetuo habere ,neq; me perpeti . S I.  
 Qui scis ergo istuc ,nisi periculum feceris ? CHRE.  
 At istuc periculum in filia fieri graue est . S I.  
 Nempe incommoditas deniq; huc omnis redit ,  
 Si eueniat ( quod dii prohibeant ) difcessio .  
 At si corrigetur ,quot commoditates uide .  
 Principio amico filium restitueris ,  
 Tibi generum firmum ,& filiæ inuenies uirum . CH.  
 Quid istic ? si ita istuc animum induxi esse utile ,  
 Nolo tibi ullum commodum in me claudier . S I.  
 Merito te semper maximum feci Chreme . CH.  
 Sed quid ais ? S. Quid . C. Qui scis eos nūc discordare iter se . S.  
 Ipsus mihi Dauus ,qui intimus est eorum consiliis  
 Dixit ,& is mihi persuadet nuptias .  
 Quantum queam ut maturem ,num censes faceret filium .

Nisi sciret eadem hæc uelle ? tute adeo iam eius audies  
Verba ,heus euocate huc Dauum ,atq; eccum uideo foras exire .

Versus eiusdem rationis cum superiori .

D'AV VS. SIMO. CHREMES.

Dte ibā . S. quid nā est ? D. Cur uxor non accersitur ?  
a Iam aduerserat . S. Audin tu illū ? ego dudū nō nihil  
Veritus sū Daue abs te ne faceres id quod uulgas seruo  
Dolis ut me deluderes ,propterea q; amat filius . D. T (rū solet ,  
Egon istuc facerem : S I. Credidi ,idq; adeo metuens  
Vos cœlau quod nunc dicam . D A. Quid est ? S I. scies .  
Nā propemodū habeo iā tibi fidē . D. Tandē cognosti q; siem S.  
Non fuerant nuptiæ futuræ . D A. Quid nō ? S I. Sed ea gratia  
Simulaui ,nos ut pertent aré . D. quid ait S. Sic res est . D. Vide  
Nunq; istuc quiui ego intelligere ,uah consiliū callidū . S I.  
Hoc audi ,ut hinc te itroire iussi ,oportune hic mihi fit obuiā . D.  
Hem nū nā perim⁹ : S. Narro huic q; tu dudū narrasti mihi . D.  
Quid nā audios S. Gnatā ut det oro ,uixq; id exoro . D. occidi . S.  
Hē qd dixi : D. optime inq; factū . S. nūc per hūc nulla ē mora . C.  
Domū modo ibo ,ut apparenſ dicam ,atq; hoc renuncio . S I.  
Nunc te oro Daue ,quoniā solus mihi effecisti has nuptias D.  
Ego uero solus . S I. Corrigere mihi gnatū porro enitere . D.  
Faciā hercle sedulo . S I. Potes nūc dū animus irritatus est . D.  
Quiescas S. Age igi⁹ ,ubi nūc est ipius ? D. Mirū ni domi est . S I.  
Ibo ad eū ,atq; eadē hæc q; tibi dixi ,dicā itidē illi . D. Nūhisfr.  
Quid causæ est quin hinc in pistrinū recta proficiscar uia ?  
Nihil est preci loci relictum ,iam perturbauit omnia ,  
Herum sefelli ,in nuptias conieci herilem filium .  
Feci hodie ut fierent ,insperante hoc atq; inuitio Pamphilo .  
Hem astutias ,quod si quiescem ,nihil euenisset mali .  
Sed eccum ipsum uideo ,occidi ,utinam mihi

Esset aliquid hic ,quo nunc me precipitem darem .

Otonarii omnes . PAMPHILVS. D AVVS.

Bi illic est scel⁹ q; me p̄didit . D. perii . P. atq; hoc cōfiteor  
u Iure mihi obtigisse ,quādoqdē tā iners ,tā nulli cōsiliī . T  
Sum ,seruon fortunas meas me cōmisissē futili ⁊  
Ergo preciū ob stulticiā fero ,sed inultū id nunq; auferet . D.  
Posthac incolunē lat scio fore me ,hoc nūc si deuito malū . P.  
Nam quid ego nunc dicam patri ? negabon uelle mē mōdo  
Qui sum pollicitus ducere ⁊ qua fiducia facere id audeam ⁊  
Nec quid mē nūc faciā scio . D. Nec me qdē ,atq; id ago sedulo .  
Dicā aliqd iā me ituēturū ,ut huic malo aliquā pducā morā . P.  
Ohe .D. uisus sū . P. ehodū bōe uir ,qd agis & uiden me tuis cōsiliis  
Miserum impeditū esse ? D A. At iam expediā . P A. Expe-  
dies ⁊ D A. Certe Pamphile . P A.  
Nēpe ut mō . D. imo meli⁹ spero . P. oh tibi ego ,ut credā surcifēs  
Tu rem impeditā & perditā restituas ⁊ hem quo fretus siem ?  
Qui me hodie ex tranquillissima re conieci in nuptias ,  
An non dixi hoc esse futurū ? D. dixi . P. quid merit⁹ ? D. crucē .  
Sed si paululū ad me redeā ,iam aliquid dilpicia . P. hei mihi  
Cur nō habeo spaciū ,ut de te sumam supplicium ut uolo ,  
Nanq; hoc tempus præcauere mihi nie ,haud te ulcisci sinit .

Senarii partim Trochaici ,partim Quadrati ,unus Pentameter .

CARINVS. PAMPHILVS. D AVVS.

ACTVS QVARTVS.  
Occine est credibile ,aut memorabile ,  
h Tanta uercordia innata cuiq; ut sier ,  
Vt malis gaudeat atq; ex incommodis  
Alterius sua ut comparet commoda ⁊ ah

ANDRIAE

Id ne est uerum? immo id est genus hominum pessimum.  
 In denegando modo quis pudor paululum adest.  
 Post ubi tempus est promissa iam perfici,  
 Tum coacti necessario se aperiunt,  
 Et timent, & tamen res præmit eos denegare, ibi  
 Tum eorum impudentissima oratio est:  
 Quis tu es? quis mihi es? cur meam tibi? heus  
 PROXIMVS sum egomet mihi, attamen ubi fides  
 Si roges? nihil pudet, hic ubi opus est  
 Non uerentur, illic ubi nihil opus est, ibi  
 Verentur, sed quid agam? adeam ne ad eum? & cum eo  
 Injuriam hanc expostulem? ingeram mala  
 Multa, atq; aliquis dicat, nihil promoueris,  
 Multū molestus certe ei fuero, atq; animo morē gessero. PA.  
 Carine, & me & te imprudēs (nisi qd<sup>i</sup> dī respiciūt) perdidī. CA  
 Ita ne imprudens, tandem inuenta est causa, soluisti fidem. PA.  
 Quid tandem? C. etiam nunc mē seducere istis dictis postulas? P.  
 Quid istuc est? CA. Postq; mē amare dixi, complacit a est tibi.  
 Heu me miserū, qui tuum animū ex animo spectaui meo. PA.  
 Fallus es. C. Nonne esse tibi satis hoc solidū uisum gaudium,  
 Nisi me lactasse amantem, & falsa spe produceres.  
 Habeas. PA. Habeā? ah nescis quātis in malis uerter miser?  
 Quantasq; hic suis consiliis mihi confecit sollicitudines.  
 Meus carnifex. C. Quid istuc tā mirū est si de te exēplū capit? pann.  
 Haud istuc dicas si cognoris uel me uel amoreū meū. CA.  
 Scio cum patre altercasti dudum, & is nunc propterea tibi  
 Succenseret, nec te quiuit hodie cogere illam ut duceret. PA.  
 Immo etiam quo tu minus scis erumnas meas, hæ nuptiæ  
 Nō apparabant mihi, nec postulabat nūc quisq; uxorē dare. C.  
 Scio tu coactus tua uoluntate es. PA. Mane,  
 Nondum scis. CA. Scio equidē illam ducturum esse te. PA.  
 Cur me enecas? hoc audi, nunquam destitut  
 Instare, ut dicerem esse ducturum patri,

ACTVS QVARTVS

Fo. XIII

Suadere, orare, usq; adeo donec perpulit. CA.  
 Quis homo istuc? PAM. Dauus. CA. Dauus? PAM. Da-  
 uus interturbat. CA. quam ob rem? PA. <sup>lans</sup>  
 Nescio, nisi mihi deos satis scio fuisse iratos, q; auscultauerim. C.  
 Factū est hoc Dauē? D. factum. C. Hem quid ais? scel<sup>9</sup>,  
 At tibi Dii dignum factis exitium diunt.  
 Ehō dic mihi, si omnes hunc coniectum in nuptias  
 Inimici uellent, quod nisi hoc consilium darent? DA.  
 Deceptus sum, at non defatigatus. CA. scio. DA.  
 Hac non successit, alia aggrediemur uia,  
 Nisi id putas, quia primo processit parum,  
 Non posse iam ad salutem hoc conuerti malum. PA.  
 Immo etiam, nam satis credo si aduigilaueris,  
 Ex unis geminas mihi conficies nuptias. DA.  
 Ego pamphile hoc tibi pro seruitio debedo,  
 Conari manibus, pedibus, noctesq; & dies,  
 Capitis periculum adire, dum prosim tibi.  
 Tuum est, siquid præter spem euenit ignoscere,  
 Parum succedit quod ago, at facio sedulo,  
 Vel melius tute aliud reperi, me missum face. PAM.  
 Cupio, restitue quem a me accepisti locum. DA.  
 Faciam. PA. At iam hoc opus est. DA. Hem, sed mane con-  
 crepuit a Glycerio hostium. PAM.  
 Nihil ad te. DA. Quāro. PAM. Hem nuncine demū? D.  
 At iam hoc tibi inuentum dabo.

Otonarii partim, & Senarii Trochaici.

MYSIS. PAMPHILVS. CARINVS. DAVVS.

i Am ubi ubi erit inuentū tibi curabo & meū adductum  
 Tuū Pamphilū, tu mō anime mi noli te macerare. P.  
 d

ANDRIAE

Mysis. My. quid est; hem Pamphile, optime te mihi offers. P A.  
 Orare iussit si se ames hera, iā ut ad se se uenias, (Quid est; My.  
 Videre ait te cupere. P A. uah perii, hoc malum integrascit,  
 Siccine illam, atq; me opera tua nunc miseros solicitariet?  
 Nam iccirco accersor, nuptias quod mihi apparari sensit. C A.  
 Quibus quidē q̄ facile poterat quiesci, si hic quiesceret. D A.  
 Age si hic non insanit satis sua sponte instiga. M Y.  
 Atq; ædepo/ea res est propterea q̄ nūc misera in mōrōre est. P.  
 Mysis per omnes tibi adiuro deos, nunq; eam me deserturū.  
 Non si capiundos sciam mihi esse inimicos omnes homines,  
 Hanc mihi expetiui, contigit, cōueniūt mores, V A L E A N T  
 Qui inter nos dissidiū uolūt, hāc nisi mors adimet nemo. C A.  
 Resipisco. P. Nō Apollinis magis uerū, atq; hoc respōsum est.  
 Si poterit fieri ut ne pater per me stetisse credat,  
 Quo minus hæ fierent nuptiæ uolo, sed si id non poterit,  
 Id faciam in proclive, quod est, per me stetisse ut credat.  
 Quis uideor? C. miser æque atq; ego. D. cōsiliū. qro. C. fortis. P.  
 Scio quid conere. D. hoc ego tibi profecto effectum reddā. P.  
 Iam hoc opus est. D. quin iā habeo. C. quid est? D. huic, nō tibi  
 Habeo, ne erres. C A. sat habeo. P A. quid facies, cedo. D.  
 Dies hic mihi ut satis sit uereor ad agendum,  
 Ne uacuum esse me nunq; ad narrandum credas,  
 Proinde hinc uos amolimini, nā mihi impedimento estis. P.  
 Hāc ego uisam. D. qd tu? quo hinc te agis? C. uerū uis dicā. D.  
 Immo etiā narratiōis mihi incipe initium. C A. Quid me fiet?  
 D A. Eho tu impudens.  
 Nō sat hēs, quod tibi dieculā addo q̄tū huic pmoueo nuptias. C.  
 Attamen Daue. D. quid ergo? C. ut ducam. D. ridiculū. C.  
 Huc face ad me ut uenias si qd poteris. D. qd ueniā? nihil hēo. C.  
 Attamen si quid. D. age ego uenīa. C. Si quid domi ero. D A.  
 Tu Mysis dum exeo parumper operire me hic. M Y.  
 Quappter? D. ita factō opus est. M. matura. D. iā inquā hic adero.

ACTVS QVARTVS

Senarii omnes.

Fo. XIII

MYSIS.

DAVVS.

Ihil ne esse proprium cuiq; Di uestram fidem,  
 n Summum bonum esse heræ putauit hunc Pamphilum,  
 Amicum, amatorem, uirum in quo quis loco  
 Paratum, uerum ex eo nunc misera quem capit  
 Laborem, facile hic ipsius mali est, q̄ illuc boni.  
 Sed Dauis exit, mi homo quid istuc obsecro est?  
 Quo portas puerum? D. Mysis nunc opus est tua mihi  
 Ad hanc rem exprompta malicia atq; astutia. M Y.  
 Quid nam incepturus? D. accipe a me hinc ocius.  
 Atq; ante nostram ianuam appone. M Y, obsecro  
 Humi ne? D. ex ara sume hinc uerbenas tibi,  
 Atq; eas susterne. My. quā ob rem id tu te non facis? D.  
 Quia si forte opus sit ad herum iurandum mihi  
 Non apposuisse, ut liquido possim. My. intelligo.  
 NO V A nunc rēligio in te istæc incessit cedo. D A.  
 Moue ocius te, ut quid agam porro intelligas.  
 Proh Iupiter. My. quid? D. sponsæ pater interuenit,  
 Repudio quod consilium primum intenderam. My.  
 Nescio quid narres. D A. Ego quoq; hinc a dextra  
 Venire me assimulabo, tu ut subseruias  
 Orationi, utcumq; opus sit uerbis uide. My.  
 Ego quid agas nihil intelligo, sed si quid est  
 Quod mea opera opus sit uobis, aut tu plus uides,  
 Manebo, ne quod uestrum remorer commodum.

Partim Senarii, Partim Quadrati.

CHREMES, MYSIS. DAVVS.

## ANDRIAE

Euertor postq; quæ opus fuere ad nuptias  
 r Gnatae paraui, ut iubeam accersi, sed quid hoc?  
 Puer hercle est, mulier tun posuisti hunc? M Y. Vbi  
 Illic est? CH. Nō mihi rñdes? My. hem nusq; est ue miseræ mihi,  
 Reliquit me homo atq; abiit. D A. Dii uostram fidem,  
 Quid turbæ est apud forum? quid illic hominū litigant?  
 Tum annona cara est, quid dicam aliud nec io. M Y.  
 Cur tu obsecro hic me solam? D. hem, quæ est hæc fabula?  
 Echo Mysis puer hic unde est? quis ue huc attulit? M Y.  
 Satin sanus es, qui me id rogites? D. Quem ego igis rogem?  
 Qui hic nemine alium uideam? C H. Miror unde sit. D.  
 Dicturam es quod rogo? M Y. hau. D. Cöcede ad dexterā. M Y.  
 Deliras, non tu te ipse? D A. Verbum si mihi  
 Vnum, præter q; quod te rogo faxis, caue. M Y.  
 Maledicis. D. Vñ est? dic clare. M Y. Auobis. D. ha, ha, hæ.  
 Mirum uero impudenter mulier si facit meretrix. C H.  
 Ab Andria est ancilla hæc quantum intelligo D A.  
 Adeon uidemur uobis esse idonei,  
 In quibus sic illudatis. C H. Veni in tempore. D A.  
 Propera adeo puerum tollere hinc ab ianua,  
 Mane, caue quoq; ex istoc excessis loco. M Y.  
 Dii te eradicent, ita me miseram territas? D A.  
 Tibi ego dico, an non? M Y. quid uis? D A. At etiam rogas?  
 Cedo cuium puerum hic apposuisti? dic mihi. M Y.  
 Tu nescis? D. Mitte id quod scio, dic quod rogo? M Y.  
 Vestri. D. cuius uestris? My. Paphili. D. hem, qd Pamphili? My.  
 Echo an non est? C H. recte, has ego semper fugi nuptias. D.  
 O facinus animaduertendum. My. Quid clamitas? D.  
 Quem ne ego uidi heri ad uos adferri uesteri? M Y.  
 Ohominem audacem. D A. Verum uidi Cantharam  
 Suffarciatam. M Y. Diis pol habeo gratias,  
 Cum in pariundo aliquot adfuerunt liberae D.  
 Næ illa illum haud nouit cuius causa hæc incipit,

## ACTVS QVARTVS

Fo.XV

Chremes si positum puerum ante ædeis uiderit,  
 Suam gnatam non dabit. tanto hercle magis dabit, CH.  
 Non hercle faciet. D A. Nunc adeo ut tu sis sciens,  
 Nisi puerum tollis, iam ego hunc in medium uiam  
 Prouoluam, teq; ibidem prouoluam in luto. My.  
 Tu pol homo non es sobrius. D A. FALL ACIA ALIA  
 Aliam trudit, iam susurrari audio  
 Ciuem Atticam esse hanc. C H. hem. D A. Coactus legibus  
 Eam uxorem ducet. My. echo obsecro, an non ciuis est? C H.  
 Iocularium in malum insciens pene incidi. D A.  
 Quis hic loquitur? o Chreme per tempus aduenis,  
 Ausculta. C H. audiui omnia. D. ah ne tu omnia? C H.  
 Audiui inquam a principio. D A. Audit in obsecro  
 Hem scelera, hanc iam oportet in cruciatum hinc abripi,  
 Hic ille, non te credas. Dauum ludere. My.  
 Me miseram, nihil pol falsi dixi mi senex. C H.  
 Noui omnem rem, est Simo intus? D A. Est. My.  
 Ne me attingas scelesti, si pol Glycerio non omnia hæc D.  
 Echo inepta, nescis quid sit astum? My. Qui sciam? D A.  
 Hic sacer est, alio pacto haud poterat fieri,  
 Ut sciret hæc quæ uolumus. My. Prædiceres. D A.  
 PAVL VLVM IN TER ESSE censes ex animo omnia  
 Ut fert natura facias, an de industria?

Senarii omnes præter unum Septenarium.

## CRITO. MYSIS. DAVVS.

M hac habitasse platea dictum est Chrysidem,  
 i Quæ se se inhoneste optauit parare hic diuitias,  
 Potius q; in patria honeste pauper uiuere,  
 Eius morte ea ad me lege redierunt bona,  
 Sed quos perconter video, saluete. My. Obsecro

d iii

## ANDRIAE

Quem uideo ē est ne hic Crito sobrinus Chrysidis?  
Is est. Cri. O Mysis salue. My. saluus sis Crito. C.R.I.  
Itan Chrysis? hem. My. nos quidē pol miseras perdidit. CR. I.  
Quid uos? quo pacto hic ē satin restē? My. nos ne?  
VT QVIM VS aiunt, quando ut uolumus non licet. C.R.I.  
Quid Glycerium siam hic suos parentes repperit ē My.  
Vtinam. C.R.I. an nō dū etiā? haud auspicato huc me appuli.  
Nam pol si id scissim, nunq̄ huc tetulisse pedem.  
Semper enim dicta est esse hāc, atq̄ habita est soror.  
Quæ illius fuere possidet, nunc me hospitem  
Lites sequi, q̄ id mihi sit facile atq̄ utile,  
Aliorum exempla commonent. simul arbitror  
Iam aliquem esse amicum & defensorem eius, nam fere  
Grandiuscula iam profecta est illinc, clamitent  
Me Sycophantam, hæreditatem persequi  
Mendicum, tum ipsam despoliare non licet. My.  
Optume hospes pol Crito antiquum obtines. C.R.I.  
Duc me ad eā, quādo huc ueni ut uideam. My. maxume. D.A.  
Sequar hos, nolo me in tempore hoc uideat senex.

Quadrati omnes. CHREMES. SIMO.

## ACTVS QVINTVS

Atis iam satis Simo spectata erga te amicitia est mea.  
f Satis pericli inccepi adire, orandi iam finem face.  
Dum studio obsequi tibi, pene illusi uitam filiæ. S.I.  
Immo enim nunc q̄ maxume ab te oro atq̄ postulo Chremes,  
Ut beneficiū uerbis initū dudum, nunc re comprobēs. C.H.  
Vides q̄ iniquus sis præ studio, dum id efficies quod cupis.  
Neq̄ modum benignitatis, neq̄ quid me ores cogitas.  
Nam si cogites, remittes me iam onerare iniuriis. S.I.  
Quibus? C.H. ah rogitas? per pulisti me ut homini adulescētulo,

## ACTVS QVINTVS

Fo. XVI

In alio occupato amore, abhorrenti ab re uxoria,  
Filiam ut darem in seditionem, atq̄ in incertas nuptias.  
Eius labore atq̄ eius dolore gnato ut medicarer tuo,  
Impetrasti, inccepi dum res tulit, nunc non fert, feras.  
Illam hinc ciuem esse aiunt, puer est natus, nos missos face. S.I.  
Per ego te deos oro, ut ne illis animum iaducas credere.  
Quibus id maxume utile est, illum esse q̄ deterrimum.  
Nuptiarum gratia hāc sunt facta atq̄ incæpta omnia.  
Vbi ea causa quā ob rē hāc faciūt, erit adépta, his desinēt. Ch.  
Erras, cū Dauo egomet uidi iurgantem ancillā. S.I. scio. Ch.  
Atuero uoltu, cum ibi me adesse neuter tum præsenserat. S.I.  
Credo, & id facturas Dauos dudum prædixit mihi.  
Et nescio quid tibi sum oblitus hodie ac uolui dicere.

Quadrati, & Senarii, & unus Dymeter.

## DAVVS. CHREMES. SIMO. DROMO.

Nimo nūc iā ocioso esse impero. C.H. hem. Daūū tibi. S.  
a Vnde egreditur ē D A. meo præsidio atq̄ hospitis. S.I.  
quid illud mali est ē D A.  
Ego cōmōdiorē hominē aduentū tempus nō uidi. S.I. scelus.  
Quē nā hic laudat ē D. Ois res est iā in uado. S. cesso alloqui. D.  
Herus est, qd agā. S. salue bone uir. D. hem Simo, o nī chremes.  
Omnia apparata sunt iā intus. S.I. curasti probe. D. ubi uoles  
Accerse. S.I. Bene sanē, id enim uero hinc nunc abest,  
Etiā tu hoc respōde, qd istic tibi negoci est. D. mihi nē. S. ita. D.  
Mihi ne? S. tibi ego. D. mō introii. S. quasi ego q̄ dudū rogē. D.  
Cū tuo gnato una. S. an ne est intus Pamphilus & crucior miser.  
Eho, non tu dixit esse inter eos inimicitias carnufex & D.  
Sunt. S. cur igif hic est? C.H. quid illū censēs? cū illa litigat. D.  
Immo uero indignū Chremes iam facinus faxo ex me audies.  
Nescio quis senex modo uenit, ellum <sup>mulae</sup> confidens, catus.

## ANDRIAE

Cum faciem uideas, uidetur esse quanti uis precii.  
 Tristis seueritas inest in uoltu, atq; in uerbis fides. SI.  
 Quid nā appertas? D. nihil eqdē, nisi quod illū audiui dicere. S.  
 Quid ait tandem? D. Glyceriū se scire esse ciuem Atticam. SI.  
 Hem Dromo, Dromo. DA. Quid est? SI. Dromo. DA. audi.  
 SI. Verbum si addideris, Dromo. DA.  
 Audi obsecro. DR O. Quid uis? SI. Sublimem intro hunc ra-  
     pe quantum potes. DR O.  
 Quem? SI. Dauum. DA. quam ob rem? SI. Quia iubet, ra-  
     pe inquam? DR O. Quid feci? SI. Rape. DA.  
 Si quicq; inuenies me mentitum occidito. SI. Nihil audio.  
 Ego te iam cōmotū reddā. D. Tā & si hoc uerbū est. SI. tamē  
 Cura ad seruandū uinctū, atq; audin, quadrupedē cōstringito.  
 Age nunc, iam ego polhodie si uiuo ostendam tibi,  
 Herum quid sit pericli fallere, & illi patrem. CH.  
 Ah ne seui tantopere. SI. O Chreme  
 Pietatem gnat, non ne te miseret mei,  
 Tantum laborem capere ob talem filium?  
 Age Pamphile, exi Pamphile, ecquid te pudet?

Senarii partim, & Septenarii.

## PAMPHILVS. SIMO. CHREMES.

Vis me uult? perii, pater est. SI. quid ais omniū. CH.  
 q Ah rem potius ipsam dic, ac mitte male loqui. SI.  
 Quasi quicq; in hunc iam grauius dici possiet, ain  
 Tandem ciuis Glycerium est? P A M. Ita prædicant. SI.  
 Ita prædicant? o ingentem confidentiam,  
 Num cogitat quid dicat? num facti piget?  
 Vi le num eius color pudoris signum ulq; indicat?  
 Adeon impotenti esse animo, ut præter ciuium

## ACTVS QVINTVS

Fo. XVII

Morem atq; legem, & sui uoluntatem patris,  
 Tamen hanc habere cupiat cum summo probro? PA.  
 Me miserum SI. hem, modo ne id demū sensisti Pamphile?  
 Olim istuc olim, cum ita animum induxti tuum,  
 Quod cuperes aliquo pacto efficiendum tibi,  
 Eodem die istuc uerbum uere in te accidit.  
 Sed quid ego? cur me excrucio? cur me macero?  
 Cur meam senectutem huius sollicito amentia?  
 An ut pro huius peccatis ego supplicium sufferam?  
 Immo habeat, ualeat, uiuat cum illa. PA. mi pater. SI.  
 Quid mi pater? quasi tu huius indigetas patris,  
 Domus, uxor, liberi inuenti inuito patre.  
 Adducti qui illam ciuem hinc dicant, iūceris. PA.  
 Pater licet ne pauca? SI. quid dices mihi? CH.  
 Attamen Simo audi. SI. Ego audiam? quid ego audiam  
 Chreme? CH. attamen dicat sine. SI. age dicat sino. P.  
 Ego me amare hanc fateor, si id peccare est, fateor id quoq;  
 Tibi pater me dedo, quid uis oneris impone, impera.  
 Vis me uxori ducere, hanc uis amittere? ut potero feram,  
 Hoc modo te obsecro, ut ne credas a me allegatum hūc senē.  
 Sine me expurgé, atq; illū huc corā adducā? S. adducas? P. sine  
 Pater. CH. æquū postulat, da ueniā. P. Sine te hoc exorē. S. sino  
 Quid uis cupio, dum ne ab hoc falli comperiar Chreme. CH.  
 Pro peccato magno paululum supplicii satis est patri.

Otonarii, & Senarii Trochaici, & unus Hypermeter.

## CRITO. CHREMES. SIMO. PAMPHILVS.

Itte orare, una harū quæuis causa me ut faciā monet,  
 m Vel tu, uel qd' uerū est, uel qd' ipsi cupio Glycerio. CH.  
 Andrium ego Critonem uideo, certe is est. C R I. Sa  
 uus sis Chreme, CH.

ANDRIAE

Quid tu Athenas insolēs ē CR.euenit, sed hiccine ē Simo ē CH.  
Hic SI. men quæriss' echo tu Glyceriū hinc ciuem esse ais ē CR.  
Tu negas S. ita ne huc parat aduenis ē CR. qua de re ē S. rogas  
Tu ne impūe hoc facias ē tune hic homines adulescētulos  
Imperitos rerum, eductos libere, in fraudem illicis  
Solicitādo & pollicitādo eorū anios lactas ē CR. sanus ne es ē S.  
Ac meretricios amores nuptiis conglutinas ē PA.  
Perii, metuo ut substet hospes. CH. si Simo hunc noris satis,  
Non ita arbitrere, bonus hic est uir. SI. hic uir sit bonus  
Ita ne attēperate uenit hodie in ipsis nuptiis,  
Ut ueniret antehac nunq ē est uero huic credendū Chremē ē P.  
Ni metuā patrē, habeo pro illa re quod illū moneā probe. S.  
Sycophāta. CR. hem. Ch. sic Crito est hic, mitte. Cr. uideat q̄ siet,  
SI M I H I perget quā uult dicere, ea quā non uult audiet.  
Ego istāc moueo aut curō ē nō tu tuū malū & quo animo feres.  
Nam ego quā dixi, uera an falsa audieris, iam sciri potest.  
ATTICVS quidā olim nauī fracta apud Andrum electus est,  
Et istāc una parua uirgo, tum ille egens forte applicat  
Primū ad Chrysidis patrē se. S. fabulā incēptat. CH. sine. CR.  
Ita ne uero obturbat CH. perge. CR. tum is mihi cognat⁹ fuit,  
Qui eum recepit, ibi ego audiui ex illo se se esse Atticum.  
Is ibi mortuus est. CHR. eius nomen. CR. I. nomen tam cito  
tibi ē Phania. CHR. hem.  
Perii. CR. uerū hercle opinor fuisse Phaniam, hoc certo scio,  
Rhamnusū se aiebat esse. Ch. o Jupiter. CR. eadē hæc Chremē  
Multi alii in Andro tum audiuerē. CHR. Utinam id sit quod  
spero, echo dic mihi,  
Quid eam tum ē suam ne esse aiebat ē CR. I. nō. CHR. cuiam  
igitur ē CR. I. fratris filiam. CH.  
Certe mea ē. Cr. qd ais. S. qd tu ais ē P. arrige aures Paphile. S. I.  
Qui credis. Ch. Phania ille frater meus fuit. S. norā, & scio. CH.  
I SHIN C bellū fugiēs, meq̄ in Asiam persequēs proficiscitur,  
Tum illam relinquere hic est ueritus, post illa nunc primū audio

ACTVS QVINTVS Fo. XVIII

Quid illo sit factū. P. uix sū apud me, ita anim⁹ cōmotus ē metu  
Spe, gaudio, mirando hoc tanto, tam repentinō bono. SI.  
Sane istā multis modis tuā inueniri gaudeo. P. credo pater. CH.  
At mihi unus scrupulus & iā restat q̄ me male hēt. P. dignus es  
Cū tua religiōe odiū, Nodū in seirpo quæris. Cr. qd istuc ē ē CH.  
Nomē nō cōuenit. Cr. fuit hercle, huic aliđ paruæ. Ch. qd Crito  
Nunquid meministi ē CR. I. id quāro. P A M. ego ne huius  
memoriam patiar meæ

Voluptati obſtare ē cum ego possim in hac re medicari mihi  
Non patiar, heus Chremē quod quāris pasibula est. CR. I.  
ipsa est. CH. east. P A M.

Ex ipsa milies audiui. S. I. omnis nos gaudere hoc Chremē  
Te credo credere. CH. Ita me Di bene ament credo. P A M.  
Quid restat pater ē S. I.

Iam dudū res reduxit me ipsa in gratiam. P A. o lepidū patrē,  
De uxore ita ut possedi nihil mutat Chremē. Ch. causa optia ē,  
Nisi qd pater aliud ait. P. népe. S. id scilicet. Ch. dos est Paphile.  
Decem talēta. P. accipio. Ch. propero ad filiā, cō mecū Crito,  
Nā illā me haud nosse credo. S. cur nō illā huc trāſferri iubes? P.  
Reste admones. Dauo ego istuc dedā iā negoci. S. nō pōt. P A.  
Qui non potest ē S. quia habet aliud magis ex se se, & maius.  
P A M. quid nam ē S. I.

Vinctus ē. P. pater nō recte uinctus est. S. haud ita iussi. P. iube  
Obsecro. S. age fiat. P A. at matura. S. eo intro. P. (solui,  
O faustum & fœlicem hunc diem.

Septenarii, ac Senarii Trochaici.

CARINVS. PAMPHILVS.

Rouiso qd agat Paphil⁹, atq̄ eccū. P. aliq̄s forsā me putet  
p Non putare hoc uerū, at mihi nūc sic esse hoc uerū lubet.  
Ego uitā deorū propterea sempiternā esse arbitror,

## ANDRIAE

Quod uoluptates eorum proprie sunt, nā mihi immortalitas  
Parta est, si nulla ægritudo huic gaudio intercesserit.  
Sed quē ego potissimū exoptē nūc mīhi, cui hæc narrē dari? C.  
Quid illud gaudii est? P. Dauon uideo, nemo est quē malum oīm  
Nam hunc scio mea solide solum gauisurum gaudia.

Eiusdem rationis.

## DAVVS. PAMPHILVS. CARINVS.

Amphilus ubi nā hic est? P A. Daue. D. quis homo est?  
P A M. ego sum. D A. O Pamphile. P A.

Nescis quid mihi obtigerit. D A. certe, sed quid mihi  
obtigerit scio. P A M.

Et equidē ego. D. more hoīm euénit, ut quod sim naestus mali,  
Prius rescisceres tu, q̄ ego illud quod tibi euénit botii. P A.  
Mea Glyceriū suos parētes repperit. D. o factū bene. C. hem. P.  
Pater amicus sūmus nobis. D. qss? P. Chremes. D. narras probe. P.  
Nec mora ulla est, quin eā uxorē ducā. C A. num ille somniat  
Ea, quæ uigilans uoluit? P A. tū de puerō Daue. D. ah define,  
Solus est quem diligunt dīi. C A. saluus sum si hæc uera sunt,  
Adibo, & colloquar. P A. quis homo est? o Carine.  
In tempore ipso mihi aduenis. C A. bene factum. P A M. hem  
audistin? C A. omnia,

Age me in tuis secundis rebus respice, tuus est nunc Chremes.

Facturum quæ uoles scio esse omnia. P A. memini.

Atq; adeo longum est, nos illum expectare dum exeat.

Sequere hac me, intus apud Glyceriū nūc est, tu Daue abi domū  
Propere, accerse hinc qui auferat eā, qd stas? quid cessas? D. Eo.  
NE EXPECT ETIS dum exeant huc, intus despondebis,  
Intus transiget si quid est quod restat. PLA VDITE.

Fo. XIX.

ACTALVDIS MEGALENSIBVS L POSTVMIO  
L CORNELIO AEDILIB. CVRVLIB. EGIT.  
L AMBIVS TVRPIOL. ATTILIVSPRAE  
NESTINVS, TIBIIS DVABVS DEXTE  
RIS. GRAECA ME N ANDRI FACTA  
SECVNDA. MÖDOS FECIT  
FLACCVS. M. VALERIO.  
G. FANNIO CO SS.

## CSVLPICHI APOLLINARIS PERIOCHA.

Trimetri Iambici.

OROREM falso dictitatam Thaidis,  
Idipsum ignorans miles abduxit Thraso.  
Ipsiq; donat, erat hæc ciuis Attica.  
Eidem Eunuchum quem emerat tradi iubet.  
Thaidis amator Phædria, ac rus ipse abiit.  
Thrasoni oratus biduum concederet.  
Ephebus frater Phædriæ puellulam  
Cum deperiret, dono missam Thaidi,  
Ornatu Eunuchi induitur, suadet Parmeno,  
Intravit uiat uirginem, sed Atticus  
Ciuis repertus frater eius, collocat  
Vitiatam ephebo, Phædriam exorat Thraso

Incerta lege.

## ADI LON

ERETRIX adolescentem cuius mutuo amore  
Tenebatur exclusit, eiq; reuocato  
Exclusionis causas reddidit, eius frater  
Minor natu uirginem quam miles

e iii

## EV N V C H I

Meretrici dono miserat ,amare cōcipit ,  
Deductusq; in domum meretricis ,pro Eunicho uitiat ,  
Re itaq; cognita ,cum illasam se meretrix  
Doleret ,ab eodem adulescente placatur ,  
Interuentuq; fratri eius ciuem cognitam  
Atheniensem duxit uxorem ,miles quoq;  
In partem meretricii amoris receptus illuditur .

## FABVLAE INTERLOCVTORES

Phædria adulescens .	Parmeno seruus .
Thais meretrix .	Gnato parasitus .
Cherea adulescens .	Thraso miles .
Pythias ancilla .	Chremes senex .
Antipho adulescens .	Dorias ancilla .
Dorus eunuchus .	Sanga seruus .
Sophrona nutrix .	Laches senex .

## PROLOGVS

### Trimetri Iambici .

I quisq; est qui placere se studeat bonis  
Quam plurimis ,& minime multos lädere ,  
In his poeta hic nomen profitetur suum .  
Tum si quis est qui dictum in se inclementius  
Existimauit esse ,sic existimet ,  
Responsum ,non dictum esse ,quia læsit prior  
Qui bene uertendo & easdem scribendo male ,  
Ex græcis bonis latinas fecit non bonas .  
Idem Menandri Phasma nunc nuper dedit ,  
Atq; in thensauro scripsit causam dicere ,  
Prius unde petitur aurum ,quare sit suum ,

## PR O LOG V S

Fo. XX

Quam ille qui petit unde esset thensaurus sibi ,  
Aut unde in patrium monimentum peruererit ,  
Dehinc ne frustretur ipse se ,aut sic cogitet .  
Defunctus iam sum ,nihil est quod dicat mihi .  
Is ne erret moneo ,& definat laceſſere .  
Habeo alia multa ,quæ nunc condonabuntur ,  
Quæ proferentur post ,si perget lädere ,  
Ita ut facere instituit . Nunc quam astuti sumus  
Menandri E V N V C H V M ,postq; ædiles emerunt ,  
Perfecit sibi ut inspiciundi esset copia ,  
Magistratus cum ibi adesset ,occepit astagi .  
Exclamat furem ,non poetam fabulam  
Dedisse ,& nihil dedisse uerborum tamen .  
COLACE M esse Neui ,& Plauti ueterem fabulam .  
Parasiti personam inde ablatam ,& militis .  
Si id est peccatum ,peccatum imprudentias  
Poetæ ,non qui furtum facere studuerit .  
Id ita esse uos iam iudicare poteritis ,  
Colax Menandri est ,in ea est parasitus colax ,  
Et miles gloriſſus ,eas se non negat  
Personas tranſtulisse in Eunuchum suam .  
Ex græca ,sed eas fabulas factas prius .  
Latinas scisse se ,id uero pernegat .  
Quod si personis isdem uti aliis non licet ,  
Qui magis licet currentes seruos scribere ,  
Bonas matronas facere ,meretrices malas ,  
Parasitum edacem ,gloriosum militem ,  
Puerum supponi ,falli per seruum senem ,  
Amare ,odisse ,suspicari & deniq;  
N V L L V M E S T iam dictum quod non dictum sit prius .  
Quare æquum est uos cognoscere ,atq; ignoscere ,  
Quæ ueteres factitarunt ,si faciunt noui .  
Date operam ,& cum silentio animaduortite ,

## EVNVCHI

Vt per noscatis quid sibi Eunuchus uelit.

Trimetri omnes.

## PHAEDRIA ADVLESCENS. PARMENO. SERVVS.

### ACTVS PRIMVS.

Vid igitur faciam & non eam ,ne nunc quidem  
q Cum accesor ultro & an potius ita me comparem ,  
Non perpeti meretricum contumelias &  
Exclusit ,reuocat ,redeam & non si me obsecrat . P A .  
Siquidem hercle possis ,nihil prius ,neq; fortius ,  
Verum si incipies ,neq; perficies nauiter ,  
Atq; ubi pati non poteris ,cum nemo expetet ,  
Infecta pace ultro ad eam uenies ,indicans  
Te amare & ferre non posse ,actum est ,ilicet *fingendo te*  
Peristi ,eludet ubi te uictum senserit . P H .  
Proin tu dum est tempus ,etiam atq; etiam cogita . P A .  
Here Q V AE res in se neq; consilium neq; modum  
Habet ullum ,eam consilio regere non potes .  
In amore hæc omnia iuident uitia ,iniuriæ ,  
Suspitiones ,inimicitia ,indutia  
Bellum ,pax rursum ,incerta haec si postules  
Ratione certa facere ,nihilo plus agas ,  
Quam si des operam ,ut cum ratione insanias . *fingitur ut min*  
Et quod nunc tute tecum iratus cogitas ,  
Ego ne illam & quæ illum & quæ me & quæ non & sine modo ,  
Mori me malim ,sentiet qui uir siem ,  
Haec uerba una me hercle falsa lacrumula ,  
Quam oculos terendo misere uix ui expresserit ,  
Restinguet ,& te ultro accusabis ,& dabis ei  
Ultrò supplicium . P H . O indignum facinus ,nunc ego

### ACTVS PRIMVS

Fo. XXI

Et illam scelestam esse ,& me miserum sentio .  
Et todet & amore ardeo ,& prudeus sciens ,  
Viuus ,uidensq; pereo ,nec quid agam scio . P A .  
Quid agas & nisi ut te redimas captum q; queas  
Minimo ,si nequeas paululo ,an quanti queas ,  
Et ne te afflites : P H . ita ne suades & P A . si sapis ,  
Neq; præter q; quas ipse amor molestias  
Habet addas ,& illas quas habet recte feras ,  
Sed ecca ipsa egreditur nostri fundi calamitas ,  
Nam quod nos capere oportet ,hæc intercipit .

Eiusdem rationis .

## THAIS MERETRIX.PHAEDRIA.PARMENO.

Iseram me uereor ne illud grauius Phædria  
m Tulerit ,ne ue aliorum ,atq; ego feci acceperit ,  
Quod heri intromissus non est . P H . totus Parmeno  
Tremo horreοq; ,post q; aspexi hanc . P A . bono animo es ,  
Accede ad ignem hunc ,iam calesces plus satis . T H .  
Quis hic loquitur & ehem tu ne eras hic mi Phædria &  
Quid hic stabas & cur non recta introibas & P A . cæterum  
De exclusione uerbum nullum . T H . quid taces & P H .  
Sane quia uero hæc mihi patent semper fores ,  
Aut quia sum apud te primus . T H . missa istæc face . P H .  
Quid missa & o Thais Thais ,utinam esset mihi  
Pars æqua amoris tecum ,ac pariter fieret , ut  
Aut hoc tibi doleret itidem ut mihi dolet ,  
Aut ego istuc abs te factum nihil penderem . T H .  
Ne crucia te obsecro anime mi Phædria ,  
Non pol quo quenq; plus amem ,aut plus diligam ,  
Eo feci ,sed ita erat res ,faciendum fuit . P A .  
Credo ( ut fit ) misera præ amore exclusit hunc foras . T H .

f

## EVNVCHI

Siccine ais Parmeno? age, sed huc qua gratia  
 Te accersi iussi, ausulta. P.H. fiat. T.H. at dic mihi  
 Hoc primum, potin est hic tacere? P.A. ego ne? optume.  
 Verum heus tu hac lege tibi meam astringo fidem.  
 Quæ uera audiuitaceo & contineo optume.  
 Sin falsum, aut uanum, aut fictumst, continuo palamst.  
Plenus rimarum sum, hac atq[ue] illac perfluo.  
 Proin taceri sis uis, uera dico. T.H.  
**S A M I A** mihi mater fuit, ea habitabat Rhodi. P.A.  
 Potest taceri hoc. T.H. ibi tum matri paruulam  
 Puellam dono quidem mercator dedit,  
 Ex Attica hinc abreptam. P.H. ciuem ne? T.H. arbitror,  
 Certum non scimus matris nomen & patris  
 Dicebat ipsa, patriam, & signa cætera  
 Neq[ue] sciebat, neq[ue] per ætatem etiam potuerat.  
 Mercator hoc addebat, e prædonibus  
 Vnde emerat, se audisse abreptam e Sunio.  
 Mater ubi accepit, cœpit studiose omnia  
 Docere, educare, ita ut si esset filia.  
 Sororem plæriq[ue] esse credebant meam.  
 Ego cum illo quo cum uno tum rem habebam hospite,  
 Abii huc, qui mihi reliquit hæc quæ habeo omnia. P.A.  
 Vtrung[ue] hoc falsum est, effluet. T.H. qui istuc & P.A. quia  
 Neq[ue] tu uno eras contenta, neq[ue] solus dedit.  
 Nam hic quoq[ue] bonam magnamq[ue] partem ad te attulit. T.H.  
 Itast, sed sine me peruenire quo uolo.  
 Interea miles qui me amare occuperat,  
 In Cariam est profectus, te interea loci  
 Cognoui, tute scis post illa, q[ue] intursum  
 Habeam te? & mea consilia ut tibi credam omnia. Ph.  
 Ne hoc quidē facebit Parmeno. P.oh dubiu ne id est? Th.  
 Hoc agite amabo, mater mea illic mortuast  
 Nuper eius frater aliquantum ad rem est audior.

## ACTVS PRIMVS

Fo. XXII

Is ubi hanc forma uidet honesta uirginem,  
 Et fidibus scire, precium sperans, illico  
 Producit, uendit. Forte fortuna affuit  
 Hic meus amicus, emit eam, dono mihi  
 Imprudens harum rerum ignarusq[ue] omnium,  
 Is uenit, postq[ue] sensit me tecum quoq[ue]  
 Rem habere, fingit causas, ne det sedulo.  
 Ait si fidem habeat, se iri præpositum tibi  
 Apud me, ac non id metuat, ne ubi acceperim  
 Se se relinquam, uelle se illam mihi dare,  
 Verum id uereri, sed ego quantum suspicor  
 Ad uirginem animum adiecit. P.H. etiam ne amplius & T.H.  
 Nihil, nam quæsiui nunc ego eam mi Phædria  
 Multæ sunt causæ, quam ob rem cupio abducere.  
 Primum, quod soror est dicta, præterea ut suis  
 Restituam ac reddam, sola sum, habeo hic neminem,  
 Neq[ue] amicum, neq[ue] cognatum, quam ob rem Phædria  
 Cupio aliquos parare amicos beneficio meo,  
 Id amabo adiuta me, quo id fiat facilius,  
 Sine illum prioris partis per hosce aliquot dies  
 Apud me habere, nihil respondest P.H. pessima  
 Ego quicq[ue] cum ipsis factis tibi respondeam & P.A.  
 Heu noster, laudo, tandem perdoluit, uires. P.H.  
 At ego nesciebam quorsum tu ires, paruula  
 Hinc est abrepta, eduxit mater pro sua.  
 Soror dictast, cupio abducere, ut reddam suis  
 Nempe omnia hæc nunc uerba huc redeunt, deniq[ue]  
 Ego excludor, ille recipitur, qua gratia?  
 Nisi illum plus amas q[ue] me, & istam nunc times  
 Quæ aduestast, ne illum tales præripiat tibi. T.H.  
 Ego id timeo & P.H. quid te ergo aliud sollicitat? cedo.  
 Num solus ille dona dat & nunc ubi meam  
 Benignitatem sensisti in te claudier?

f ii

## EV NV CHI

Nonne ubi mihi dixti cupere te ex Aethiopia  
 Ancillulam, relictis rebus omnibus  
 Quæsiui, pôrro Eunuchum dixti uelle te,  
 Quia solæ utuntur his reginæ, reperi.  
 Heri minas uiginti pro ambobus dedi.  
 Tamen contemptus abs te, hæc habui in memoria,  
 Ob hæc facta abs te spernor. T H. quid istic Phædria?  
 Quamquam illam cupio abducere, atq; hac re arbitror  
 Id fieri posse maxime, ueruntamen  
 Potius q; te inimicum habeam, faciam ut iusseras. P H.  
 Vtinam istuc uerbum ex animo, ac uere dices,  
 Potius q; te inimicum habeam si istuc crederem  
 Syncere dici, quid uis possem perpeti. P A.  
 Labascit uictus uno uerbo q; cito. T H.  
 Ego non ex animo misera dico & q; ioco.  
 Rem uoluisti a me tandem quin perfeceras.  
 Ego impetrare nequeo hoc abs te biduum  
 Saltem ut concedas solum. P H. siquidem biduum,  
 Verum ne fiant isti uiginti dies. T H.  
 Profecto non plus biduum, aut. P H. aut nihil moror. T H.  
 Non fiet hoc modo, sine te exorem. P H. scilicet  
 Faciendum est quod uis. T H. merito te amo. P H. bene facis  
 Rus ibo, ibi hoc me macerabo biduum,  
 Ita facere certumist, mos gerundus Thaidi,  
 Tu Parmeno huic fac illi adducantur. P A. maxime. P H.  
 In hoc biduum Thais uale. T H. mi Phædria  
 Et tu nunquid uis aliud & P H. ego ne quid uelim?  
 Cum milite isto præsens, absens ut sies.  
 Dies noctesq; me ames, me desyderes,  
 Me somnies, me expectes, de me cogites,  
 Me speres, me te oblectes, mecum tota sis,  
 Meus faxis postremo animus, quando ego sum tuus. T H.  
 Me miseram, forsitan hic mihi paruam habeat fidem,

## ACTVS SECUNDVS

Fo. XXIII.

Atq; ex aliarum ingenis nunc me iudicet.  
 Ego pol quæ mihi sum conscientia hoc certo scio,  
 Neq; me finxisse falsi quicq;, neq; meo  
 Cordi esse quenq; cariorem hoc Phædria.  
 Et quicquid huius feci, causa uirginis  
 Feci, nam me eius spero fratrem propemodum  
 Iam repperisse adulescentem ad eo nobilem,  
 Et is hodie uenturum ad me constituit domum.  
 Concedam hinc intro, atq; expectabo dum uehit.

Otonarii, Senarii, & Septenarii, partim Trochaici.

## PHÆDRIA. PARMENO.

## ACTVS SECUNDVS.

Ac ita ut iussi deducant isti. Pa. faciā, Ph. at diligēter. P.  
 f Fiet. Ph. at mature. Pa. fiet. Ph. sat in hoc mandatumst tū  
 Ah rogitare quasi difficile sit, utinam (bi & Pa.)  
 Tam aliquid inuenire facile possis Phædria  
 Quam hoc peribit. Ph. ego quoq; una pereo, qd' mihi est carius,  
 Ne istuc tam iniquo patiare animo. P A. minime quin  
 Effectum dabo, sed nunquid aliud imperas? P H.  
 M V N V S nostrum ornato uerbis quoad poteris, &  
 Illum æmulum quoad poteris ab ea pellito. P A.  
 Memini tāetsi null' moneas. P. ego rus ibo, atq; ibi manebo. P.  
 Censeo. Ph. sed heus tu. Pa. qd' uis? Ph. censem posse me obfirma  
 Perpeti ne redeā interea? Pa. te ne nō hercle arbitror. (re, 82  
 Nā aut iā reuertere, aut mox noctu te adigēt horsū isomnia. Ph.  
 Opus faciā, ut defatiger usq; ingratus ut dormiam, P A.  
 Vigilabis lassus, hoc plus facies. Ph. abi sis, nihil dicas Parmeno  
 Eiciūda hercle hæc est mollices animi, nimis mihi indulgeo.  
 Tandem nō ego illa caream, si sit opus, uel totū triduū? Pa. hui  
 f iii

## EV N V C H I

Vniuersum triduum e' uide quid agas. P.H. stat sententia. P.A.  
 Dii boni quid hoc morbi est? adeon homines immutarier  
 Ex amore, ut non cognoscas eundem esse, hoc nemo fuit  
 Minus ineptus, magis seuerus quisq; nec magis continens,  
 Sed quis hic est q; huc pergit? at at hic quidē est parasitus Gnato  
 Militis, ducit secum una uirginem huic dono, papa  
 Facie honesta, mirum ni ego me turpiter hodie hic dabo  
 Cam meo decrepito hoc Eunicho, haec superat ipsam Thaidē

Octonarii, Septenarii, ac Senarii Trochaici.

## GNATO PARASITVS. PAR MENO.

I immortales hoī homo quid p̄stat? stulto intelligens.  
 d Quid interest? hoc adeo ex hac re uenit in mente mihi,  
 Cōueni hodie adueniēs qndā mei loci hinc atq; ordinis  
 Hominē, haud impurū, itidem patria qui abligurierat bona.  
 Video lēntum, squallidū, ægrum, pannis, annisq; oblitum.  
 Quid istuc ornatiss inquā? quoniā miser qd habui perdidi, hem  
 Quo redactus sum? omnes noti me atq; amici deserunt.  
 Hic ego illū cōtemp̄lī p̄r̄ me, quid aio hō inquā ignauissime?  
 Itan parasti te ut spes nulla reliqua in te esset tibi?  
 Simul consiliū cum re amisisti, uiden me ex eodē ortum loco,  
 Qui color, nitor, uestitus, quæ habitudo est corporis,  
 Omnia habeo, neq; quicq; habeo, nihil cū est, nihil defit tamē.  
 At ego infelix neq; ridiculus esse, neq; plagas pati  
 Possim, quid tu his rebus credis fieri? tota erras uia.  
 Olim isti fuit generi quondam questus apud seclum prius.  
 Hoc nouum est aucupium, ego adeo hanc primus inueni uiam.  
 Est genus hominū qui esse primos se omniū rerum uolunt,  
 Nec sunt, hos consector, hisce ego non paro me ut rideant,  
 Sed his ultro arrideo, & eorum ingenia admiror simul.  
 Quicquid dicūt laudo, id rursum si negant, laudo, id quoq;

## ACTVS SECUNDVS. Fo. XXIII.

Negat quis nego, ait, aio, postremo imperauit egomet mihi  
 Omnia adsentari, is quæstus nunc est multo uberrimus. P.A.  
 Scitū hercle hoīem, hic hoīes, p̄suis ex stultis insanos facit. G.  
 Dum hæc loquimur, interea loci ad macellū ubi aduenimus,  
 Concurrunt lāti mi obuiam Cupedenatis, Cetarii, Lanii,  
 Coqui, Fartores, Piscatores, Aucupes,  
 Quibus & re salua & perdita profuerā, & prosum sāpe,  
 Salutant, ad cœnam uocant, aduentum gratulantur.  
 Ille ubi imiser famelicus uidet me esse in tantum honorem,  
 Et tam facile uictum quærere, ibi homo cecepit me obsecrare,  
 Ut sibi liceret discere id de me, sectari iussi, si potis est.  
 Tanquam philosophorū habent disciplinæ ex ipsis  
 Vocabula, parasiti ita ut GNATONICI uocent. P.A.R.  
 Viden ocium & cibus quid faciat alienus? G.N. sed ego cesso  
 Ad Thaidē hanc deducere, & rogitate ad cœnam ut ueniat,  
 Sed Parmenonē ante hostium Thaidis tristem uideo  
 Riuialis seruum, salua res est, nimisrum hic homines frigent.  
 Nebulonē hūc certūt ludere. P. Ilcē hoc munere arbitraſ  
 Suam Thaidem esse. G.N. plurima salute Parmenonem  
 Summū suū impertit Gnato, quid agis? P. statur. G.N. video.  
 Nunqd nā hic qd nolis uides? P. te. G. credo, at nunqd aliud? P.  
 Qui dū. G. quia tristis es. Pa. nihil eqdē. Gn. ne sis, sed quid uideſ  
 Hoc tibi macipiū? P. nō malū hercle. G. uero hoīem. P. utfall. G.  
 Quā hoc munus gratū Thaidi arbitrarē esse? P. hoc nūc dicas  
 Eiectos hinc nos, OMNIVM RĒRū heus uicissitudo ē. G  
 Sex ego te totos Parmeno hos menses quietum reddam,  
 Ne sursum, deorsum cursites, neue usq; ad lucem uigiles.  
 Ecqd bēo te? Pa. me ne, papae. Gn. sic soleo a micos. P. laudo. G  
 Detineo te, fortasse tu profectus alio fueras. P.A.R.  
 Nusquā. G.N. tū tu igis paulū da mihi operæ, fac ut admittar  
 Ad illā. Pa. age modo, nūc tibi patēt fores hæ, q; a istā ducis. G.  
 Num quē euocari hinc uis foras? Pa. sine bidū hoc prætereat.  
 Qui mihi nunc uno digitulo fores aperis fortunatus,

## EVNVCHI

Næ tu istas faxo calcibus saepe insultabis frustra. GN.  
 Etiam tu hic stas Parmeno? echo num nā tu hic relictus custos,  
 Ne quis forte internuncius clam a milite ad istā cursit? PA.  
 Facete dictum ,mira uero militi quæ placeant.  
 Sed uideo herilem filium minorem huc aduenire ,  
 Miror quid ex Pyreo abierit,nā ibi custos publice est nunc .  
 Non temere est ,& properans uenit ,nescio quid circun spectat .

Oftonarii,& Senarii Trochaici,& primus Monometer Catalecticus.

## CHAEREA ADVLESCENS. PARMENO.

CCIDI ,neq; uirgo est usq; , neq; ego qui illam e con-  
 o spectu amisi meo ,  
 Vbi querās ubi inuestigēs quē perconteris qua insistā uia?  
 Incertus sum ,una hæc spes est , ubi ubi est diu celari non potest .  
 O facié pulchram ,deleo omnes dehinc ex animo mulieres .  
 Tcedet harū cottidianarū formarū . PAR. ecce aut̄ alterū  
 Nescio quid de amore loquitur ,o infortunatū senem .  
 Hic uero est qui si occœperit amare ,ludum ,iocomq;  
 Dices fuisse illū alterū ,præ ut huius rabies quæ dabit . CH.  
 Ut illū dī deæq; seniū perdāt ,qui me hodie remoratus est .  
 Meq; adeo qui restiterim ,tum aut̄ qui illū non floccifecerim .  
 Sed eccū Parmenonē ,salue .Par.qd tu es tristis ,qdue es alacris ?  
 Vnde is ? CH.ego nescio hercle ,neq; unde eam ,neq; quorsum  
 eam , ita prorsum oblitus sum mei . PAR.  
 Qui quæso ? CH.amo .Pa .hem. CH.nūc te Parmeno ostēdes qui  
 Scis te mihi saepe pollicitū esse ,Chærea aliqd inueni (uir sies .  
 Modo quod ames,in ea re utilitatē ego faciā ut cognoscas meā  
 Cū in cellulā ad te patris penū oēm cōgerebā clanculū . PAR.  
 Age inepite . CH.hoc hercle factumst ,faxis nunc promissa ap-  
 pareant . PAR.  
 Si adeo digna res est ,ubi tu neruos extendas tuos . CH.

## ACT VS SECUNDVS

Fo. XXV.

Haud similis uirgo est uirginū nostrarū ,quas matres student  
 Dēmissis humeris esse ,uincto pectore ,ut graciles sient .  
 Si qua est habitior paulo ,pugilē esse aiunt ,dēducunt cibum .  
 Tametsi bonaſt natura ,reddunt curatura iunceas .  
 Itaq; ergo amant .P.qd tua istæc ? C.noua figura oris .P.papæ .C.  
 Color uerus ,corpus solidū & succiplenū .Par.annis ? Ch. anni se  
 Flos ipse ,hac tu mihi uel ui uel clam uel pcario ( decim .Par.  
 Fac tradas ,mea nihil refert dum potiar modo .PAR.  
 Quid uirgo culast ? CH. nescio hercle .PAR. undest ? CH.  
 tantundem .PAR. ubi habitat ? CH.  
 Ne id quidem .Pa.ubi uidisti ? CH.in uia .Pa.qua ratione amisti ?  
 Adueniens mecum stomachabar modo ,neq; ( CH.id equidē .  
 Quenq; ego esse hominem arbitror ,cui magis bonæ  
 Foelicitates omnes aduersæ sient . PAR.  
 Quid hoc est sceleris ? C.perii .Pa. quid factumst ? CH.rogas  
 Patris cognatum ,atq; æqualem Archidemidem  
 Nostin ? Pa. quid ni ? CH.is dum sequor hanc ,fit mihi obuiā .Pa.  
 Incommode hercle . CH. immo enim uero infœliciter .  
 Nam incommoda alia sunt dicenda Parmeno .  
 Illum liquet mihi deierare his mensibus  
 Sex uel septem prorsum non uidisse proximis ,  
 Nisi nunc cum minime uellem ,minimeq; opus fuit .  
 Echo nōne hoc monstri similest ? quid ais ? PA .maxime .CH.  
 Continuo adcurrit ad me q; longe quidem ,  
 Incuruus ,tremulus ,labiis demissis ,gemens .  
 Heus heus dico tibi Chærea inquit ,restiti .  
 Scin quid ego te uolebam ? dic ,cras est mihi  
 Iudicium ,quid tum ? ut diligenter nuncies  
 Patri aduocatus mane mihi esse ut meminerit .  
 Dum hæc dicit ,abiit hora ,rogo nunquid uelit .  
 Recte inquit ,abeo ,cum hoc respicio ad uirginem  
 Illa se se interea commodum huc aduorterat

g

## EVNVCHI

In hanc nostram plateam . P A . mirum ni hanc dicit , modo  
Huic quæ datast dono . Ch . huc cum aduenio nulla erat . Par .  
Comites secuti scilicet sunt uirginem & C H .  
Verum parasitus cum ancilla . P A R . ipsast scilicet .  
Define iam , conclamatumst . C H . alias res agis , P A R .  
Istuc ago quidem . C H . nostin quæ sit dic mihi , aut  
Vidistin & P A R . uidi , noui , scio quo abducta sit . C H .  
O Parmeno mi nostin & Par . noui . Ch . & scis ubi siet & P A R .  
Huc deductast ad meretricem Thaidem , & dono datast . C H .  
Quis est tam potens cū tanto munere hoc & Par . miles Thraso  
Phædriæ riualis . C H . duras fratris partes prædictas . P A R .  
Immo si scias quod donum huic dono contra comparet ,  
Tum magis id dicas . C H . quod nam quæso hercle & P A . Eunu-  
chum . C H . illum ne obsecro  
In honestū hoīem , quæ mercatus est heri senem mulierē & Par .  
Istunc ipsum . C H . homo quatietur certe cum dono foras .  
Sed istā Thaidē non sciui nobis uicinā . Par . haud diuīst . C H .  
Perii , nunq̄ ne etiam me illam uidisse & e homum dic mihi .  
Est ne ut fertur forma & P A R . sane . C H . at nihil ad nostram  
hanc . P A R . alia res est . C H .  
Obsecro hercle Parmeno fac ut potiar . Par . faciam sedulo , ac  
Dabo operam , adiuuabo , nunquid me aliud uis & C H . quo nūc  
is & P A R . domum .  
Ut mancipia hæc ita ut iussit frater deducā ad Thaidē . C H .  
O fortunatū istū Eunuchū , qui quidē in hanc detur domū . Pa .  
Quid ita & C H . rogitas & summa forma semper cōseruam domī  
Videbit , colloquetur , aderit una in unis aëdibus ,  
Cibum nonnunq̄ capiet cum ea , interdū propter dormiet . Par .  
Quid si nunc tu te fortunatus fias & C H . quare Parmeno ?  
Responde . Pa . capias tu illius ueste . C H . ueste & quid tū postea & P .  
Pro illo te dueā . C H . audio . Par . te esse illū dicā . C H . intelligo . P .  
Tu illis fruare commodis , quibus tu illum dicebas modo .  
Cibum una capias , adsis , tangas , ludas , propter dormias .

## ACTVS TERTIVS

Fo. XXVI

Quandoquidē illarū neq; te quisq; nouit , neq; scit qui sies .  
Præterea forma , ætas ipsast facile ut pro Eunicho probes . C H .  
Dixi pulchre , nunq̄ uidi melius consilium dari .  
Age eamus intro , nūc iam orna me , abduc , duc quātū potes . P .  
Quid aīs iocabar equidē . C H . garris . Pa . perii , qd ego egi miser ,  
Quo trudis ? p̄culeris iam tu mēstib⁹ equidē dico mane . C H .  
Eamus . P . pergin & C H . certūst . Par . uide ne nitīū callidū hoc sit  
Nō est , pfecto , sine . Pa . I N M E istæc cudef faba , ah ( mō . C H .  
Flagitiū facinus . C H . an id flagitiumst si in domū meretriciā  
Deducar , & illis crucibus , quæ nos , nostramq; adolescentiam  
Habent despiciā , & quæ nos semper omnibus cruciat modis .  
Nunc referam gratiam , atq; eas iridē fallā , ut ab illis fallimur .  
An potius hæc pati & ah æquū est fieri ut a me ludatur dolis .  
Quod qui rescierint , culpent & illud merito factū oēs putēt . Pa .  
Quid istic & certumst facere , faciam . Verum ne post conseras  
Culpam in me . C H . non faciam . P A R . iubes ne & C H . iu-  
beo , immo cogo atq; impero . P .  
Nunq̄ defugiam autoritatē , sequere . C H . Dii uortant bene .

Senarii , & Septenarii nonnulli .

## THRASO MILES. GNATO. PARMENO.

### TERTIVS ACTVS.

Agnas uero agere gratias Thais mihi . G N A .  
m Ingentes . T H . ain tu lētaſt & G N . non tam ipso quidē  
Dono , q; abs te datum esse , id uero serio  
Triumphat , P A R . hoc prouiso ut ubi tempus siet  
Deducam , sed eccum militem . T H . est istuc datum  
Profecto ut grata mihi sint quæ facio omnia . G N .  
Aduoſti hercle animum . T H . uel rex semper maximas  
Mihi agebat quicquid feceram , aliis non item . G N .

## EVNVCHI

Labore alieno magno partam gloriam,  
Verbis s̄æpe in se transmouet, qui habet salēm  
Qui in te est. Th. habes. Gn. rex te ergo in oculis. Th. scilicet. Gn.  
Gestire. T H. uerum credere omnem exercitum,  
Consilia. G N. mirum. T H. tum sicubi eum satietas  
Hominum aut negoci, si quando odium cœperat  
Requiescere ubi uolebat, quasi nostin. G N. scio.  
Quasi ubi illam expueret miseriam ex animo. T H. tenes.  
Tum me conuiuam solum abducebat sibi. G N. hui  
Regem elegantem narras. T H. immo sic homost.  
Per paucorum hominum. G N. immo nullorum arbitror  
Si tecum uiuit. T H. inuidere omnes mihi,  
Mordere clanculum, ego floccipendere.  
Illi inuidere misere, uerum unus tamen  
Impensæ elephantis quem indicis prefecerat.  
Is ubi molestus magis est, quæso inquam Strato  
E O N E S ferox, quia habes imperium in beluas. G N A.  
Pulchre me hercle dictum & sapienter, papa,  
Iugularas hominem, quid ille? T H. mutus illico. G N A.  
Quid ni esset? P A R. dii uestram fidem hominem perditū,  
Miserumq; & illum sacrilegum. T H. quid illud Gnato?  
Quo pacto Rhodium tetigerim in conuiuio,  
Nunquid tibi dixi? C N. nunq; sed narra obsecro.  
Plus milies iam audiui. T H. una in conuiuio  
Erat hic quem dico Rhodius adulescentulus.  
Forte habui scortum, cœpit ad id alludere,  
Et me irridere, quid ais inq homo impudens?  
L E P V S T V T E E S, & pulpamentū quæris. G n. ha, ha, hæ. Th.  
Quid est? C N A. facete, lepide, laute, nihil supra.  
Tuum obsecro ne hoc dictum erat? uetus credidi. T H.  
Audieras? G n. s̄æpe, & fertur in primis. T H. meumst.  
Dolet dictum imprudenti adulescenti & libero. P A R.  
At te dii perdant. G n. quid ille quæso? T H. perditus,

## ACTVS TERTIVS

Fo. XXVII

Risu omnes qui aderant emoriri, deniq;  
Metuebant omnes iam me. Gn. non iniuria. T H.  
Sed heus tu purgon ego me de istac Thaide,  
Quod eam me amare suspicatur? Gn. nihil minus  
Immo magis auge suspicionem. T H. cur? Gn. rogas?  
Scin si quando illa mentionem Phædriæ  
Facit, aut si laudat, tē ut male urat. T H. sentio. Gn.  
Id ut ne fiat hæc res sola est remedio,  
Vbi nominabat Phædriam, tu Pamphilam  
Continuo, si quaodo illa dicit Phædriam  
Intromittamus comediatum, tu Pamphilam  
Cantatum prouocemus, si laudabit hæc  
Illi formam, tu huius contra, deniq;  
P A R. P A R. I referto, quod eam mordeat. T H.  
Siquidem me amaret, tum istuc prodesset Gnato. P A R.  
Quando illud quod tu das expectat atq; amat,  
Iam dudum amat te, iam dudum illi facile fit  
Quod doleat, metuet semper quem ipsa nunc capit  
Fructum, ne quando iratus tu alio conferas. T H.  
Bene dixi, ac mihi istuc non in mentem uenerat. Gn.  
Ridiculum, non enim cogitaras, cæterum  
Idem hoc tute melius quanto inuenies Thraso.

Senarii omnes.

THAIS. THRASO. PARMENO. GNATO. PYTHIAS

Vdire uocem uisa sum modo militis,  
a Atq; eccum, salue mi Thraso. T H R. o Thais mea,  
Meum suauium quid agitur? ecquid nos amas  
De fidicina istac? P A. q; uenuste quod dedit  
Principium adueniens. T H A. plurimum merito tuo. C.  
Eamus ergo ad coenam, quid stas? P Y. hem alterum

## EV N V C H I

Ex homine hunc natum dicas . T H . ubi uis non moror . P A .  
 Adibo , atq; assimulabo quasi nunc exam .  
 Ituran Thais quopiam es ? T H A . hem Parmeno ,  
 Bene fecisti , hodie itura . Pa . quo ? Th . quid , hunc uides ? Pa .  
 Video , & me tœdet , ubi uis dona adsunt tibi  
 A Phædria . Thra . quid stamus ? cur non imus hinc ? P A .  
 Quæso hercle ut liceat pace quod fiat tua ,  
 Dare huic quæ uolumus , conuenire & colloqui . T H R .  
 Per pulchra credo dona , haud nostris similia . P A .  
 Res indicabit , heus iubete istos foras  
 Exire , quos iussi ocios tu procede huc  
 Ex Aethiopia est usq; hæc . Thr . hic sunt tres minæ . G N .  
 Vix Pa . ubi tu es Dore & accede huc , hem Eunuchum tibi  
 Quam liberali facie , q; ætate integra . T H A .  
 Ita me dii ament honestus est . P A . quid tu ais Gnato ?  
 Nunquid habes quod contemnas ? quid tu autem Thraso ?  
 Tacent , satis laudant . F A C P E R I C V L V M in literis ,  
 Fac in palestra , in musicis , quæ liberum  
 Scire æquum est adulescentem , sollerterem dabo . T H R .  
 Ego illum Eunuchum si opus sit uel sobrius . P A .  
 Atq; hæc qui misit non sibi soli postulat  
 Te uiuere , & sua causa excludi cæteros ,  
 Neq; pugnas narrat , neq; cicatrices suas  
 Ostentat , neq; tibi obstat , quod quidam facit .  
 Verum ubi molestum non erit , ubi tu uoles ,  
 Vbi tempus tibi erit , sat habet si tum recipitur . T H R .  
 Apparet hunc seruum esse domini pauperis ,  
 Misericq; . G N . nam hercle nemo possit , sat scio  
 Qui haberet , qui pararet alium hunc perpeti . P A .  
 Tace tu , quem ego esse puto infra omnes infimos  
 Homines , nam qui huic ahimum assentari induxeris .  
 E F L A M M A te petere cibum posse arbitror . T H .  
 Iam ne iinus ? T H A . hospius introducam , & quæ uolo

## ACTVS TERTIVS

Fo. XXV III

Simal imperabo , postea continuo exeo . T H R .  
 Ego hinc abeo , tu istanc operire . P A R . haud conuenit  
 Vna ire cum amica imperatorē in uiā . T H R .  
 Quid tibi ego multa dicam & domini similis es . G N .  
 Ha , ha , hæ . T H R . quid rides & G N . istuc quod dixti modo .  
 Et illud de Rhodio dictum in mentem uenit .  
 Sed Thais exit . T H R . abi , præcurre ut sint domi  
 Parata omnia . G N . fiat . T H A . diligenter Pythia  
 Fac cures , si Chremes hue forte aduenierit ,  
 Vt ores , primum ut maneat , si id non commodumst  
 Vt redeat , si id non poterit , ad me adducito . P Y .  
 Ita faciam . T H . quicquid aliud uolui dicere , ehem  
 Curate istam diligenter uirginem ,  
 Domi adsitis facite . T H R . eamus . T H . uos me sequimini .

Senarii omnes .

## CHREMES . PYTHIAS ANCILLA .

Rofecto quanto magis magisq; cogito ,  
 p Nimirum dabit hæc Thais mihi magnum malum .  
 Ita me uideo ab ea astute labefactarier .  
 Iam tum cum primum iussit me ad se accersier .  
 Roget quis , quid tibi cum illa & ne noram quidem .  
 Vbi ueni causam ut ibi manerem repperit .  
 Ait rem diuinam fe cisse , & rem seriam  
 Velle agere mecum , iam tum erat suspicio  
 Dolo malo hæc fieri omnia , ipsa accumbere  
 Mecum , mihi se se dare , sermonem quærere .  
 Vbi friget , huc euasit , quam pridem pater  
 Mihi & mater mortui essent , dico iam diu  
 Rus Sunii & quod habeam , & q; longe a mari  
 Credo ei placere hoc , sperat se a me auellere ,  
 Postremo & qua inde parua perifset soror .

## EVNVCHI

Et quis cum ea una ,quid habuisset cum periit ;  
 Et quis eam posset noscere ,hæc cur quæritet ,  
 Nisi illa forte qua olim periit paruula  
 Soror ,hanc se intendit esse ,ut est audacia .  
 Verum ea si uiuit ,annos natast sedecim ,  
 Non maior ,Thais q̄ ego sum ,maiusculast .  
 Misit porro orare ut uenirem serio .  
 Aut dicat quod uult ,aut molesta ne siet .  
 Non hercle ueniā tertio ,heus heus . P Y. ecquis hic est ? CH .  
 Ego sum Chremes . P Y. o capitulum lepidissimum . CH .  
 Dico ego mihi insidias fieri . P Y. Thais maximo  
 Te orabat opere ut cras redires . CH. rus eo . P Y .  
 Fac amabo . Ch. nō possum inquā . Py. at tu apud nos hic mane  
 Dum redeat ipsa . CH. nihil minus . P Y. cur mi Chremes ? Ch.  
 Malam rem hinc ibis . P Y. si istuc ita certumst tibi ,  
 Amabo ut illuc transeas ,ubi illast . CH. eo . P Y .  
 Abi Dorias cito ,hunc deduce ad militem .

Senarii , Septenarii , Quadrati Catalecticī .

## ANTIPHO ADVLESCENS.

Eri aliquot adulescentuli coimus in Pyræo ,  
 In hunc diem ut de symbolis essemus , Chæream ei rei  
 Præfecimus ,dati annuli ,locus ,tempus constitutumst .  
 Præterit tempus ,quo in loco dictumst ,parati nihil est .  
 Homo ipse nusquamst ,neq; scio quid dicā ,aut quid coniectem .  
 Nunc mihi hoc negoci cæteri dedere ,illum ut quæram .  
 Idq; adeo uisam si domist ,quis nam hinc a Thaide exit ?  
 Is est ,an non est ? ipsus est ,quid hoc hois ? qui hic ornatus est ?  
 Quid illud mali est ? nequeo satis mirari ,neq; conicere !  
 Nisi quicquid est ,procul hinc libet prius quid sit sciscitari .

## ACTVS TERTIVS Otonarii , & Septenarii .

### CHAEREA. ANTIPHO.

Vnq; hic est ? nemo ē ,nūq; hic me seq̄e ,nemo homost  
 Iam ne erumpere hoc licet mihi gaudiū ? proh Jupiter  
 Nunc est ,profecto interfici ,cū perpeti me possū .  
 Ne hoc gaudium contaminet uitam ægritudine aliqua .  
 Sed neminem curiosum interuenire nunc mihi  
 Qui me sequaf̄ ,quoquo eam rogitando obtundat ,enicit .  
 Quid gestiā ,aut qd lætus sim ,quo pergā ,unde emergā ,ubi siem  
 Vestitū hūc naclus ,qd mihi quærā ,sanus sim ,an ne insaniā . A  
 Adibo ,atq; ab eo gratiam hanc quā video uelle inibo .  
 Chærea ,quid est qd sic gestis ? quid ne sibi hic uestitus quærit ?  
 Quid est qd lætus sis ? qd tibi uis ,satin sanus ? qd me aspectas ?  
 Quid taces ? C H. o festus dies hominis ,amice salue .  
 Nemo est quē ego magis nunc cuperē uidere q̄ te . A N .  
 Narra istuc q̄so qd siet . Ch. imo ego te obsecro hercle ut audias  
 Nostin hāc quā amat frater ? An. noui ,népe opinor thaidē . Ch.  
 Istam ipsam . A N. sic commemineram . CH. quædam hodie  
 est ei dono data .  
 Virgo ,quid ego ei⁹ tibi nūc faciē prædicē ,aut laudē Antiphō ?  
 Cum ipsum me noris q̄ elegans formarum spectator siem ?  
 In hac cōmotus sum . An. ain tu ? Ch. primā dices scio si uideris ,  
 Quid multa uerba ? amare cœpi ,forte fortuna domi  
 Erat quidā Eunuchus ,quē mercatus fuerat frater Thaidi ,  
 Neq; is deductus etiā tum ad eā ,submonuit me Parmeno  
 Ibi seruus qd ego arripui . An. qd id est ? Ch. tacitus ,citi⁹ audies  
 Ut uestē cū eo mutem ,& pro illo iubeam me ducier . A N .  
 Pro Eunuchon ? CH. sic est . A N. quid ex ea re tandem ut ca  
 peres commodi ? CH .  
 Rogas uiderē ,audirē ,essem una qua cū cupiebā Antiphō ?  
 Num parua causa ,aut parua ratio est ? traditus sum mulieri .

## EV N V C H I

Illa illico ubi me accepit, læta ad se adducit domum.  
 Cómédat uirginé. An. cui sibi nesci. mihi. An. satis tuto tamé. C.  
 Edicit, ne uir quisq; ad eā adeat, & mihi ne abscedam imperat.  
 In interiore parte ut maneam solus cum sola, annuo,  
 Terrā intuens modeste. An. miser. C. ego inquit ad cœnā hinc eo,  
 Abducit secū ancillas, paucæ, quæ circū illam essent, manent  
 Nouitiæ puellæ, cōtinuo hæ adornant ut lauet.  
 Adhortor properent, dū apparaſ, uirgo in conclavi sedet.  
 Suspectans tabulā quandā pietā, ubi inerat pictura hæc, louē  
 Quo pacto Danaæ misisse aiunt quandā in gremiū imbrē aureū.  
 Egomet quoq; id spectare cœpi, & quia consimilem luserat  
 Iam olim ille ludū, impendio magis animus gaudebat mihi  
 Deum se se in hominē cōuertisse, atq; per alienas regulas  
 Venisse clanculū per impluuium, fucum factum mulieri,  
 At quem deum? qui templa coeli summa sonitu concutit.  
 Ego homuncio hoc non faceré; ego illud uero ita feci ac lubes.  
 Dum hæc mecum reputo, accersit lauatum interea uirgo  
 It, lauit, redit, deinde illam in lecto illæ collocant.  
 Sto expectas, si qd mihi imperét, uenit una, heus tu inquit Dore  
 Cape hoc flabellū, & uentulum huic sic facito dum lauamus.  
 Vbi nos lauerimus, si uoles lauato, accipio tristis. A N.  
 Tum equidē istuc os tuū impudens uidere nimium uellem,  
 Qui esset status, flabellum tenere te asinum tantum. C H.  
 Vix elocutast hoc, foras simul omnes proruunt se,  
 Abeunt lauatum, perstrepunt, ita ut fit, domini ubi absunt.  
 Interea somnus uirginem opprimit, ego limis aspecto  
 Sic per flabellū clanculū, & simul alia circunspecto  
 Satine explorata sint, video esse, pessulum hostio obdo. A N.  
 Quid tū? Ch. qd, qd tū fatue? An. fateor. Ch. an ego occasionē  
 Mihi ostentatā tam breuē, tam optatam, tam insperatam  
 Amittere? tum pol ego is essem uere qui assimulabar. A N.  
 Sane hercle ut dicis, sed interim de symbolis quid actumis? Ch.  
 Paratūſt. An. frugi es, ubi domin? C. i mo apud libertū discū. A.

## ACTVS QVARTVS

Fo. XXX

Perlongest, sed tanto ocyus properemus, muta uestem. CH.  
 Vbi mutem? perii, nam domo exulo, nunc metuo fratre  
 Ne intus sit, porro autē pater ne rure redierit iam. A N.  
 Eamus ad me, ibi proximumſt ubi mutes. C H. recte dicis.  
 Eamus, & de istac simul re quo pacto porro possim  
 Potiri, consilium uolo capere una tecum. A N. fiat.

## ACTVS QVARTVS.

Eiusdem rationis.

## DORIAS.

Ta me dii bene amant, quantum ego illum uidi, nō ni  
 hil timeo misera,

Ne quā ille hodie insanus turbā faciat, aut uim Thaidi.  
 Nam postq; iste aduenit Chremes adulescens frater uirginis,  
 Militem rogat, ut illum admitti iubeat, ille continuo irasci,  
 Negat negare audere, Thais porro instare, ut hominē inuitet,  
 Id faciebat retinendi illius causa, quia illa quæ cupiebat,  
 De forore eius indicare, ad eam rem tempus non erat.  
 Inuitat tristis, mansit ibi, illa cum illo sermonem illico,  
 Miles uero sibi putare adductum ante oculos æmulum,  
 Voluit facere cōtra huic agte, heus inquit, puer Pamphilam  
 Accerse, ut delectet hic nos, illa exclamat minime gentium,  
 In conuiuium illam? miles tendere inde ad iurgium.  
 Interea aurum sibi clam mulier demit, dat mihi ut auferā,  
 Hoc est signi, ubi primum poterit se illinc subducet scio.

Senarii.

## PHAEDRIA.

Vm rus eo, coepi egomet mecum inter uias,  
 Ita ut fit, ubi quid in animo est molestiæ,  
 Aliam rem ex alia cogitare, & ea omnia in h ii

EVNV CHI

Piorem partem, quid opus uerbis? dum hæc reputo,  
 Præterii imprudens uillam, longe iam abieram,  
 Cum sensi redeo rursum, male uero me habens,  
 Vbi ad ipsum ueni diuerticulum constiti.  
 Occœpi mecum cogitare, hem biduum hic  
 Manendumst soli sine illa? quid tum postea?  
 Nihil est, quid nihil si non tangendi copias?  
 Echo ne uidendi quidem erit? si illud non licet,  
 Saltem hoc licebit, certe extrema linea  
 Amare, haud nihil est, uillam prætero sciens.  
 Sed quid hoc est quod timida subito egreditur Pythias?

Quadrati, Septenarii, Senarii, & Dimeter unus.

P Y T H I A S . D O R I A S A N C I L L A E . P H A E D R I A

Bi ego illū scelerosū misera atq; ipiū iueniā? aut ubi qrā?  
 u Hoccine tam audax facinus facere esse ausum; Ph. perii,  
 hoc quid sit uereor. P Y.  
 Quin etiam insuper, scelus, postq; ludificatus virginem,  
 Vestem oēm miseræ discidit, tum ipsam capillo cōscidit. PH.  
 Hem. P Y. qui nunc si detur mihi,  
 Ut ego unguibus facile illi in oculos inuolem uenefico? P H.  
 Nescio quid profecto absente nobis turbatumst domi,  
 Adibo, quid istuc? quid festinas? aut quē quæris Pythias? P Y.  
 Hem Phædria, egen quē quærā? abi hinc quo dign⁹ es cū donis  
 Tuis tam lepidis. P H. quid istuc est rei? P Y.  
 Rogas me? Eunuchum quem dedisti nobis quas turbas dedit?  
 Virginē quā heræ dederat dono miles uitiauit. Ph. quid ais? Py.  
 Perii. Ph. temulēta es. Py. utinā sic sint qui mihi male uolunt. Do.  
 Hau obsecro mea Pythias, quod istuc nam monstrū fuit? Ph.  
 Insanis, qui istuc facere Eunuchus potuit? P Y. ego illum nescio  
 Qui fuerit, hoc quod fecit res ipsa indicat.

A C T V S Q V A R T V S

Fo. XXXI.

Virgo ipsa lacrumat, neq; cum rogites quid sit, audet dicere.  
 Ille aut̄ bonus uir nusquā appetet, etiam hoc misera suspicor  
 Aliquid domo abeunte abstulisse. P H. nequeo mirari satis  
 Quo ille abire ignauos possit longius, nisi si domum  
 Forte ad nos redierit. P uise amabo nū ibi sit. P. iā faxo scies. D  
 Peri obsecro tā infandum facinus mea tu ne audiui quidē. Py.  
 At pol ego amatores audieram esse mulierū eos maximos,  
 Sed nihil posse, uerum miseræ nō in mentem uenerat.  
 Nam illum aliquo conclusissēm, neq; illi cōmisissēm uirginē.

Senarii, Septenarii, & Octonarii.

P H A E D R I A . D O R V S . P Y T H I A S . D O R I A S .

Xi foras scelestē, at etiam restitas?  
 Fugitiue prodi, male cōcilitate. D O. obsecro. Ph. oh  
 Illud uide os ut sibi distorsit carnufex.  
 Quid huc redditioſt? quid uestis mutatioſt?  
 Quid narras? paululum si cessaſsem Pythias,  
 Domi non offendissem, ita iam ornabat fugam. P Y.  
 Habes ne hoiem amabo? Ph. qd ni habeā? Py. o factū bene. Do.  
 Istuc pol uero bene. P Y. ubi est? Ph. rogitas? non uides? P Y.  
 Videā obsecro quē? Ph. hunc scilicet. Py. quis hic est hō? Ph.  
 Qui ad uos deductus hodieſt. P Y. hunc oculis suis  
 Nostrarum nunq; quisq; uidit Phædria. P H.  
 Non uidit? P Y. an tu hunc credidisti. esse obsecro  
 Ad nos deductum? P H. nā quē aliū? habui neminē. Py. hau  
 Ne comparandus hic quidem ad illumst, ille erat  
 Honesta facie, & liberali. P H. ita uisus est  
 Dudum, quia uaria ueste exornatus fuit,  
 Nunc eo tibi uidetur foedus, quia illam non habet. P Y.  
 Tace obsecro, quasi uero paululum interficiet;  
 Ad nos deductus hodie est adolescentulus.

h iii

# EV NVCHI

Quem tu uero uidere uelles Phaedria.  
 Hic est uetus, uetus, ueternosus senex.  
 Colore mustelino. P H. hem quae hæc est fabula?  
 Eo redigis me ut quid egerim egomet nesciam.  
 Echo tu enī ego te? D O. emisti. P Y. iube mihi denuo  
 Resp ondeat. P H. roga. P Y. uenistin hodie ad nos? negat.  
 At ille alter uenit annos natus sedecim,  
 Quē secū adduxit Parmeno. P H. agedum hoc mihi expedi  
 Primum, istam quam habes, unde habes uestem? taces?  
 Monstrū hominis, non dicturus? D O. uenit Chærea. P H.  
 Frater ne? Do. ita. P H. qñ? Do. hodie. Ph. q̄ dudū? Do. modo. Ph.  
 Qui cum? Do. cum Parmenone. Ph. noras ne eum prius? D O.  
 Non. Ph. Vnde igis fratrē meū esse sciebas? D O. Parmeno  
 Dicebat eum esse, is dedit mihi hanc. P H. occidi. D O.  
 Meam ipse induit, post una ambo abierunt foras. P Y.  
 Iam satis credis me sobriam esse, & nihil mentitam?  
 Iam satis certumst uirginē uitiatā esse? P H. age nunc belua,  
 Credis huic quod dicat? Py. quid isti credā? res ipsa indicat. Ph.  
 Concede istuc paululum, audin etiā nunc paululū? sat est,  
 Dic dum hoc rursum, Chærea tuā uestem detraxit tibi? D O.  
 Factum. P H. & east indutus? D O. factum. P H. & pro te hac  
 deductus? D O. ita. P H.  
 Iupiter magnē, o scelestū atq; audacem hominē. P Y. ux mihi,  
 Etiam nunc nō credis indignis nos esse irrisas modis? P H.  
 Mirum ni tu credas quod iste dicat, quid agam nescio.  
 Heus tu negato rursum, possum ne hodie ex te exculpere?  
 Verum? uidistin fratrē Chæream? Do. non. Ph. non potest sine  
 Malo fateri uideo, sequere hac, modo ait, modo negat.  
 Orā me. Do. obsecro te uero Phaedria. Ph. I, intro. D. hoi hei. Ph.  
 Alio pacto honeste quo modo hinc abeam nescio,  
 Actumst siquidē, tu me hic etiam nebulo iudicabere? PY.  
 Parmenonis tā scio esse hanc technā, q̄ me uiuere. Do. sic est. Py.  
 Inueniam hodie parem ubi pol referam gratiam.

# ACTVS QVARTVS

Fo. XXXII

Sed nunc quid faciendū censes Dorias? D O. de istac rogas  
 Virgine? Py. ita, utrū taceā ne an prædicem? Do. tu pol si sapis.  
 Quod scis nescias, neq; de istoc eunicho, neq; de uitio virginis.  
 Hac re & omni te turba euolues, & illi gratum feceris.  
 Id mō dic abisse Dorum. Py. ita faciā. Do. sed uideon chremē?  
 Thais iā aderit. Py. qd ita? Do. qā cū inde abeo iā tū. inceperat  
 Turba inter eos. Py. aufer aurū hoc, ego scibo ex hoc quid siet.

## Octonarii.

### CHREMES. PYTHIAS.

T at data hercle uerba mihi sunt, uicit uinū quod bibi  
 a Ac dū accubabā, q̄ uidebar mihi esse pulchre sobrius?  
 Postq; surrexi, neq; pes, neq; mens satis suum officium  
 facit. Py.  
 Chreme. Ch. quis est? ehem Pythias, uah quāto nūc formosior  
 Videre mihi q̄ dudū. Py. certe tu quidē pol multo hilarior. Ch.  
 Verbū hercle hoc uerū ē, SINE CERERE & libero friget  
 Sed Thais multo aū uēit. Py. an abiit iā a milite? Ch. (Venus)  
 Iam dudum ætatem, lites sunt inter eos factæ maxumæ. Py.  
 Nihil dixit tū ut seq̄re se se. Ch. nihil, nisi abiēs mihi innuit. Py.  
 Echo nonne id sat erat? Ch. at nesciebā id dicere illā, nisi quia  
 Correxit miles, quod intellexi minus, nam me extrusit foras.  
 Sed eccam ipsam, miror ubi ego huic ante uorterim.

## Otonarii, & Septenarii.

### THAIS. CHREMES. PYTHIAS.

Redo equidem illum iam affuturū esse, ut illam a me  
 c eripiat, sine  
 Ut ueniat, qui si illam digito attigerit uno, oculi illico  
 effodientur.

EV NV CHI

Vsq; adeo ego illius ferre possum ineptias , & magnifica uerba ,  
 Verba dum sint , uerū eī si ad rem conferentur , uapulabit . Ch.  
 Thais ego iā dudū hic assum . Th. o mi Chreme teīpm expectabā  
 Scin tu turbā hāc te ppter esse factā ? & adeo ad te attinere hanc  
 Oēm rem ? Ch. ad me q̄ q̄si istuc ? Th. quia dū tibi sororē studeo  
 Reddere & restituere , hāc atq; huiusmodi sum multa passa . Ch.  
 Vbi east ? T H. domi apud me . C H. hem . T H. quid est ?  
 Educta ita ut teq; illaq; dignūst . Ch. quid ais ? Th. id quod res est .  
 Hanc tibi dono do , neq; repeto pro illa abste quicq; precii . Ch.  
 Et habef & referē a me Thais tibi , ita uti merita es gratia . Th.  
 At enim caue ne prius q̄ hanc a me accipias amittas Chreme .  
 Nam hāc ea est quā miles a me ui nunc erectum uenit .  
 Abi tu cistellam Pythias domo effer cum monumentis . C H.  
 Viden tu illū Thais ? Py. ubi sita ē ? T. in Risco , odiosa cessas ? Ch.  
 Militem secum ad te quantas copias adducere . T H.  
 At at , num formidolosus obsecro es mi homo . Ch. apages ;  
 Egon formidolosus ? nemo est hoīm qui uiuat minus . T H.  
 Atq; ita opus est . C H. hau metuo , quem tu me esse hominem  
 existumes ? Th.  
 Immo hoc cogitato , qui cū res tibi est , peregrinus est ,  
 Minus potes q̄ tu , minus notus , amicoru hic minus habēs . Ch.  
 Scio istuc . S E D T V Q V O D cauere possis stultū amittere ē .  
 Malo ego nō prospicere q̄ hunc ulcisci accepta iniuria .  
 Tu abi , atq; hostiū oblera intus , dū ego hinc transcurro ad forū .  
 Volo ego adesse hic aduocatos nobis in turba hac . Th. mane . C.  
 Melius est . T H. mane . C H. omitte , iam istic adero . T H. ni-  
 hil opus est istis Chreme .  
 Hoc dic modo , sororē illam tuā esse , & te paruā virginem  
 Amisisse , nunc cognosse , ligna ostende . Py. adsunt . Th. cape ,  
 Si uim facies in ius ducito hominē , intellectin ? Ch. probe . Th.  
 Fac hāc animo præsenti dicas . Ch. faciā . Th. attolle pallium .  
 Perii , huic ipsi est opus patrono , quem defensorem paro .

ACTVS QVARTVS  
 Septenarii , & Quadrati .

Fo. XXXIII.

THRASO. GNATO. SANGA. CHREMES. THAIS.  
 Anccine ego ut cōtumeliā tā insignē ī me accipiā Gnato<sup>poterat</sup>  
 h Mori me satius est . Simalio , Donax , Syrisce , sequimini .  
 Primum ædis expugnabo . G N A . recte . T H R . uirgi-  
 nem eripiam . G N A . probe . T H .

Male multabō ipam . Gn. pulchre . Thr. in mediū huc agmē cū  
 Donax , tu Simalio in sinistrū cornū , tu Syrisce ī dextrū . (uesti  
 Cedo alios , ubi cēturiost Sāga : & māipul<sup>long. et flos</sup> furū S. eccū adest . T.  
 Quid ignaue , peniculon pugnare q̄ isthuc portas cogitas ? S.  
 Ego ne cōimperatoris uirtutē noueram , & uim militum ,  
 Sine sanguine hoc fieri nō posse , quin abstergerē uulnera ? Thr.  
 Vbi alii ? San. qui malū alii ? solus Sannio seruat domū . T H R .  
 Tu hosce instrue , hic ego ero post p̄cipia , ide oib<sup>9</sup> signū dabo .  
 Illud est sapere , ut hosce instruxit , ipse sibi cauit loco . Th. (G.  
 Idē hoc Pyrrhus factitauit . Ch. uiden tu Thais quā hic agit rē ?  
 Nimirū consiliū illud rectum est de occcludendis ædibus . Th.  
 Sane quod tibi nunc uir uideatur esse , hic nebulo magnus est ,  
 Ne metuas . Ch. qd uide ? Gn. fundā tibi nunc nimis uellē dari ,  
 Ut tu illos procul ex occulto hinc cederes , facerent fugā . Th.  
 Sed eccam Thaidē ipsā uideo . Gn. q̄ mox irruimus . Th. mane .  
 OMNIA PR IVS EXP ER I RI q̄ armis sapientē deceat  
 Quiscis an quæ iubeā sine ui faciat ? GN . di uestram fidem  
 Quanti est sapere , nunq̄ accedo quin abs te abeā doctior . Thr.  
 Thais primū hoc mihi responde , cum tibi do istam virginē ,  
 Dixit mihi hos dies soli dare te ? Th. qd tū posteas ? Thr. rogitas  
 Quæ mihi ante oculos corā amatorē adduxisti tuum ? T H .  
 Quid cū illo agas ? Thr. & cum eo clam subduxti te mihi . Tha.  
 Libuit . Thr. Pamphilā ergo hūc redde , nisi ui mavis eripi . Ch.  
 Tibi illā reddat ? aut tu illā rāgas oīm ? Gn. ah qd ais ? tace . Ch.  
 Quid tu tibi uis ? Thr. ego nō tangā meā ? C. tuā aut furcifer ? G.

## EV NV CHI

Cause sis ,nescis cui maledicas uiro . C H .non tu hinc abis ?  
 Scin tu ut tibi res se se habeat si quicq̄ hodie hic turbæ coeporis  
 Faciā ut huius loci ,dieiq̄ ,meiq̄ semper memineris . C N .  
 Miseret tui me ,qui hunc tantū hoīem facias inimicū tibi .Ch.  
 Diminuā ego tibi caput hodie nisi abis . Gn . aia uero canis ?  
 Sic ne agis ? Thr . q̄ tu hō es ? qd tibi uis ? qd cū illa rei tibi est ? Ch.  
 Scibis ,principio eam esse dico liberam . T H R . hem ? C H . cī  
     uem Atticam . T H R . hui . C H .  
 Meam sororem . Thr . os durum . Ch . miles nūc adeo edico tibi ,  
 Ne uim facias ullam in illam . T H A . ego eo ad Sōphronam  
 Nutricē ,ut eam adducā ,& signa ostēdā hāc . Thr . tun prohibeas  
 Meā ne tangā . C . phibeo inq̄ . G . audiu tu & hic furti se alligāt . C .  
 Satis hoc tibi est . Thr . idē hoc tu ais ? Th . quāre q̄ respōdeat . Thr .  
 Quid nūc agimus ? G . quin redeam , iā hāc tibi aderit supplicās  
 Ultro . Thr . credis ? Gn . immo certe , noui ingenium mulierū .  
**N O L V N T V B I** uelis ,ubi nolis cupiūt ultro . T . bñ putas . G .  
 Iam dimitto exercitū . Thr . ubi uis . G . Sanga uti fortes decet  
 Milites ,domiq̄ ,fociq̄ fac uicissim ut me mineris . S A N .  
 Iā dudūst anim⁹ in patinis . G . frugi es . T . uos me hac sequimini .

Senarii ,& unus Catalecticus .

**T H A I S .      P Y T H I A S .**

## ACTVS QVINTVS.

Ergin scelest amecum perplexeloqui ,  
 p Scio ,nescio ,abiit ,audiui ,ego non adfui ,  
 Non tu istuc mihi dictura aperte es quicquid est ?  
 Virgo concissa ueste lacrumanſ obticet .  
 Eunuchus abiit ,quam ob rem quid factumſ taces ? P Y .  
 Quid tibi ego dicam misera & illum Eunuchum negant  
 Fuisse . T H A . quis fuit igitur ? P Y . iste Chærea . T H A .

## ACTVS QVINTVS

Fo. XXXIII

Qui Chærea & Py . iste ephebus frater Phædriæ . T H A .  
 Quid ais uenefica ? Py . atqui certo competi . T H .  
 Quid is obsecro ad nos quam ob rem adductus & Py . nescio ,  
 Nisi amasse credo Pamphilam . T H A . hem misera occidi  
 Infoelix ,siquidem tu istae uera prædictas ,  
 Num id lacrumat uirgo ? Py . id opinor . Th . qd ais sacrilegas ?  
 Istuccine interminata sum hinc abiens tibi ? Py .  
 Quid facerem ,ita ut iussisti soli credita est . T H A .  
 Scelesta ,L V P O ouem commisisti ,dispudet ,  
 Sic mihi data esse uerba ,quid hominis illuc est & P y .  
 Hera mea tace obsecro ,saluæ sumus .  
 Habemus hoīem ipsum . T ha . ubi is est ? Py . hem ad sinistrā ,  
 Vides ne & Tha . video Py . comprehēdi iube quantū pōt . Tha .  
 Quid illo faciemus stulta ? Py . quid faciam rogas ?  
 Vide amabo ,si non cum aspiciam os ,impudens  
 Videtur . Tha . non est . Py . tum quæ eius confidentiaſ .

Senarii ,& unus Dimeter .

## CHAEREA . THAIS . PYTHIAS .

Pud Antiphonem uterq̄ mater & pater ,  
 a Quasi dedita opera domi erant ,ut nullo modo  
 Introire possem ,quin uiderent me ,interim  
 Dum ante hostium sto ,notus mihi quidam obuiam  
 Venit ,ubi uidi ,egomet in pedes quantum queo ,  
 In angiportum quoddam desertum ,inde item  
 In aliud ,inde in alind ,ita miserrimus  
 Fui fugitando ,ne quis me cognosceret .  
 Sed est ne hæc Thais quam video & ipsaſt ,ah hæreo  
 Quid faciam & quid mea autem & quid faciet mihi ? T H .  
 Adeamus ,bone uir ,Dore salue ,dic mihi  
 Aufugistin ? Ch . hera factum . Th . satin id tibi placet ? Ch .

EV NV CHI

Non . Th. credin te impune abiturū ? Ch. unam hanc noxiā  
Mitte , si aliam unq; ullam admisero , occidito . T H.  
Num meā saultiam ueritus es ? Ch. non . Th. quid igitur ? Ch.  
Hanc metui ne me criminaretur tibi . T H.  
Quid feceras ? Ch. paululum quiddam . Th. paululū impudens?  
An paululum hoc esse tibi uidetur , uirginem  
Vitiare ciuem ? CH. conseruam esse credidi . P Y.  
Conseruam ? uix me contineo quin inuolem in  
Capillum , monstrum , etiam ultro derisum aduenit . T H.  
Abi hinc insana . P Y. quid ita uero abeam ?  
Credo isti quicquam furcifero ,  
Præsertim cum se seruam fateatur tuum ? T H.  
Missa hæc faciamus , non te dignum Chærea  
Fecisti , nam si ego digna hac contumelia  
Sum maxime , at tu indignus qui faceres tamen .  
Neq; edepol quid nunc consilii capiam scio  
De uirgine istac , ita conturbasti mihi  
Rationes omnes , ut eam non possim suis  
Ita ut æquum fuerat atq; ut studui tradere .  
Ut solidum pararem hoc mihi beneficium Chærea . CH.  
At nunc dehinc spero aeternam inter nos gratiam .  
Fore Thais , S A E P E EX H V I VS M O D I re quapiam , &  
Ex malo principio , magna familiaritas  
Conflatast , & quid si hoc quispiam uoluit deus ? T H.  
Evidem pol in eam partem accipioq; & uolo . CH.  
Immo ita quæso , unum hoc scito , contumelias  
Non me fecisse causa , sed amoris . T H. scio .  
Et pol propterea magis nunc ignosco tibi .  
Non adeo inhumano ingenio sum Chærea ,  
Neq; tam imperita , ut quid amor ualeat nesciam . CH.  
Te quoq; iam Thais , ita me Dii bene ament , amo . P Y.  
Tum pol tibi ab isto hera caendum intelligo . CH.  
Non ausim . P Y. nihil tibi quicq; credo . T H. desinas . CH.

ACTVS QVINTVS

Fo. XXXV

Ego me tuæ commendō & committo fidei .  
Nunc ego te in hac re mihi oro ut adiutrix sies .  
Te mihi patronam cupio Thais , te obsecro .  
Emoriar , si non hanc uxorem duxero . T H.  
Tamen si pater . CH. quid s; ah uolet certo scio ,  
Cuius modo hæc sit . T H. paululum operirier  
Si uis iam frater ipse hic aderit uirginis .  
Nutricé accersitum iit , quæ illam aluit paruulam .  
In cognoscendo tu te ipse aderis Chærea . CH.  
Ego uero maneo . T H. uis ne interea , dum is uenit ,  
Domi operiamur , potius q; hic ante hostium ? CH.  
Immo percupio . P Y. quā tu rem actura obsecro es ? T H.  
Nam quid ita ? P Y. rogitas ? hunc tu in ædes cogitas  
Recipere posthac ? T H. cur nō ? P Y. crede hoc meæ fidei ,  
Dabit hic aliquā pugnam denuo . Th. ahu , race obsecro . Py.  
Parum perspexisse eius uidere audaciam . CH.  
Non faciam Pythias . P Y. non pol credo Chærea  
Nisi si commissum non erit . CH. quin Pythias .  
Tu me seruato . P Y. neq; pol seruandum tibi .  
Quicquam dare ausim , neq; te seruare , apagete . T H.  
Adest optime ipse frater . CH. perii hercle , obsecro  
Abeamus intro Thais , nolo me in uia  
Cum hac ueste uideat . T H. quā ob rē tādē ? an q; a pudet ? Ch.  
Id ipsum . P Y. id ipsum ? uirgo uero ; T H. i. præ , sequar  
Tu istic mane ut Chremem introducas Pythias .

Senarii omnes .

P YTHIAS. C HREMES. S OPHRONA.

Vicquid uenire in mentem nunc possit mihi ,  
q; Quid nam ? qui referam illi sacrilego gratiam ,  
Qui hunc supposuit nobis ? CH. moue uero ocyus ?

## EV N VCH I

Te mea nutrix S.O. moueo . CH. video , sed nihil p̄moues . Py .  
Iam ne ostendisti signa nutrici & CH. omnia . Py .  
Amabo , quid ait & cognoscit ne & CH. ac memoriter . Py .  
Bene ædepol narras , nam illi faueo uirgini .  
Ite intro , iam dudum hera uos expectat domi .  
Virum bonum eccum Parmenonem incedere  
Video , uide ut oiosus sit , si diis placet ,  
Spero me habere qui hunc meo excruciem modo .  
Ibo intro , de cognitione ut certum sciam .  
Post exibo atq; huuc perterrebo sacrilegum .

Eiusdem rationis .

## P AR M E N O . P Y T H I A S .

Euiso quid nam Chærea hic rerum gerat ,  
Quod si astu rem tractauit , dii uestram fidem  
Quantam , & q̄ ueram laudem capiet Parmeno .  
Nam ut omittam quod ei amorem difficillimum &  
Carissimum ab meretrice auara , uirginem .  
Quam amabat , eam confeci sine molestia ,  
Sine sumptu , sine dispendio , tum hoc alterum ,  
Id uero quod mihi puto palmarium ,  
Me repperisse , quo modo adolescentulus  
Meretricum ingenia & mores posset noscere  
Mature , ut cum cognorit perpetuo oderit .  
Quæ dum foris sunt nihil uidetur mundius ,  
Nec magis compositum quicq; nec magis elegans .  
Quæ cum amatore suo cum coenant , liguriunt ,  
Harum uidere ingluuiem , sordes , inopiam ,  
Quam inhoneste solæ sint domi , atq; uidæ cibi ,  
Quo pacto ex iure hesterno panem atrum uorent ,  
Nosse omnia , hæc salus est adolescentulis . Py .  
Ego pol te pro istis dictis & factis , scelus ,  
Vlciſcar , ut ne impune in nos illuseris .

## A C T U S Q V I N T U S F o. XXXVI

Septenarii , ac Quadrati Trochaici .

### P Y T H I A S . P A R M E N O .

Roh fidē dēū facinus fœdū , o infœlicē adolescentulū .  
p O scelestū Parmenonē , q̄ istū huc adduxit . Pa. qd ē & Py .  
Miseret me , itaq; ut ne uiderē misera huic effugi foras .  
Quæ futura esse exempla dicūt in illū indigna & Pa. o Jupiter  
Quæ illec turbast tūnum nā ego pēri & adibo qd istuc Pythias &  
Quid ais & in quā exempla fieri & Py . rogatas audacissime &  
Perdidisti istū , quē adduxisti pro Eunicho adolescentulū ,  
Dū studes dare uerba nobis . Pa. qd ita aut qd factūst cedo . Py .  
Dicam , uirginem istam Thaidi hodie quæ dono datast .  
Scis eam hinc ciuem esse , & fratrē eius apprime nobilem & Pa.  
Nescio . Py . at qui si eis inuentast eam iste uitiauit miser .  
Ille ubi resciuit factum frater violentissimus , P A R .  
Quid nā fecit & Py . conligauit primū eū miseris modis . P A .  
Hem conligauit & Py . atq; eqdē orāte ut ne id faceret thaide . Pa .  
Quid ais & Py . nunc minas facturū se se id quod mœchis solet .  
Quod ego nunq; uidi fieri , neq; uelim . P A . qua audacia  
Tatū facinus audet & Py . quid ita tatū & Pa. an nō hoc maximūst &  
Quis homo pro mœcho unq; uidit in domo meretricia  
Deprehēdi quēq; & Py . nescio . Pa. ac ne hoc nesciatis Pythias ,  
Dico , edico uobis , nostrū esse illum herilēm filium . Py . hem  
Obsecro an is est & P A . ne quā in illū Thais uim fieri finat .  
Atq; adeo aut cur non egomet introeo & Py . uide Parmeno  
Quid agas , neq; illi prosis , & tu pereas , nam hoc putant  
Quicq; factumst , ex te esse ortū . Pa. quid igitur faciam miser &  
Quid ue incipiam & ecce autem uideo rure redeuntem senem ,  
Dicam huic , an nō & dicā hercle & si mihi magnū malum  
Scio paratum , sed necesse est huic ut subueniat . Py . sapis .  
Ego abeo intro , tu isti narrato oēm rem ordine ut factū siet .

## LACHES. PARMENO.

X meo propinquu rure hoc capio commodi.

Neq; agri, neq; urbis odium me unquam percipit.  
Vbi saties coepit fieri commuto locum.

Sed est ne ille noster Parmeno? & certe ipius est.  
Quem præstolare Parmeno hic ante hostium. P A.  
Quis homost? ehem saluum te aduenire here gaudeo. L A.  
Quem præstolare? P A. perii, lingua hæret metu. L A.  
Hem quid est quod trepidas? satin salue? dic mihi. P A  
Here primum te arbitrari quod res est uelim,  
Quicquid huius factumst, culpa non factumst mea. L A.  
Quid? P A. recte sane interrogasti, oportuit  
Rem prænarrasse me. Emit quendam Phædria  
Eunuchum, quem dono huic dedit. La. cui? Par. Thaidi. La.  
Emit? perii hercle, quanti? P A. uiginti minis. L A.  
Actumst. P A. tum quandā fidicinā amat hic Chærea. L A.  
Hem, quid? amat? an scit iam ille quid meretrix siet?  
An in astu uenit A L I V D ex alio malum? P A.  
Here ne me spectes, me impulsore hæc non facit. L A.  
Omitte de te dicere, ego te furcifer  
Si uiuo, sed istuc quicquid est primum expedi. P A.  
Is pro illo Eunicho ad Thaldē hanc deductus est. L A.  
Pro Eunuchon? P A. sic est, hunc pro mæcho postea  
Comprehendere intus & constrinxere. L A. occidi. P A.  
Audaciam meretricum specta. L A. nunquid est  
Aliud mali, damni ue, quod non dixeris  
Reliquum? Par. tantū est. La. cesso huc intro irrūpere? P A.  
Non dubiumst quin mihi magnum ex hac re sit malum.  
Nisi quia necesse fuit hoc facere, id gaudeo  
Propter me hinc aliquid esse euenturum mali.

Nam iam diu aliquam causam quærebatur senex.  
Quam ob rem insigne faceret aliquid, is nunc repperit.

Septenarii atq; nonnulli Quadrati.

## PYTHIAS. PARMENO.

Vnq; ædepol quicq; iā diu quod magis uellem eueniare  
Mihi eueniit, qd' mō senex intro ad nos uenit errans.

Mihi solæ ridiculo fuit, quæ quid timeret sciebam. P A.  
Quid hoc autest? Py. nūc id prodeo ut conueniā Parmenonē.  
Sed ubi obsecrost. P A. men quærit hæc? P Y. atq; ecum ui  
deo, adibo. P A.

Quid est inepta? quid tibi uis? quid rides? pergin? Py. perii,  
Défessa iam sum misera de te ridendo. Pa. quid ita? Py. rogas?  
Nunq; ædepol hominem stultiorem uidi nec uidebo,  
Ah non possum satis narrare quos ludos præbueris intus.

At etiam primo callidum & disertum hominē credidi. P A.

Quid? P Y. illico ne credere ea quæ dixi oportuit te?

An pœnitiebat flagitiis te auctore quod fecisset

Adulescens, ni miserum insuper etiam patri indicares?

Nam quid illi credis animi tum fuisse, ubi uestem uidit

Illam esse eum indutū pater? quid est? iam scis te periisse? Pa.

Hem quid dixi pessuma? an mentita es? etiam rides?

Itan lepidum tibi uisum est scelus nos irridere. Py. nimirū. Pa.

Siquidem istuc impune habueris. P Y. uerum. P A R. reddā

hercle. P Y. credo.

Sed in diem istuc Parmeno est fortasse quod minitare.

Tu iam pendebis, qui stultum adulescentulum nobilitas

Flagitiis, & eundem indicas, uterq; in te exempla edent. P A.

Nullus sū. Py. hic p illo munere tibi honos est habitus, abeo. P.

Egomet meo indicio miser, quasi Sorex hodie perii.

EV N VCHI  
Septenarii

GNATO. THRASO.

Vid nunc ,qua spe ,aut quo cōsilio huc imus? quid cō  
ptas Thraso ? T H.

Ego ne? ut Thaidi me dedam ,& faciam quod iubeat.

GN A. quid est ? T H.

Qui minus q̄ hercules seruuit Omphalæ . Gn. exemplū placet,  
Vtinam tibi commitigari uideam Sandalio caput.  
Sed fores crepuere ab ea . T H. quid hoc autem est mali?  
Hunc ego nunq̄ uiderā, & iā hic quid nā properans prosiliit .

Septenarii , & Octonarii .

CHAEREA. PARMENO. GNATO. THRASO.

Populares , et quis me hodie uiuit fortunatior?

Nemo hercle quisq̄ , nā in me plane dii potestate suam  
Oem ostēdere , cui tā subito tot cōgruerint cōmoda . P.

Quid hic latus est ? Ch. o Parmeno mi , o mearū uoluptatū oīm  
Inuentor , inceptor , perfector , scin me in quibus sim gaudiis?  
Scis Pamphilam meam inuentam ciuem ; P A R . audiui . Ch.  
scis sponlam mihi . P A R .

Bene ita me dii ament factum . G N . audiu tu illum , quid ait?

Ch. tum autem Phædriæ

Meo fratri gaudeo amore esse omne in trāquillo , unaſt domus ,  
Thais patri se commendauit in clientulam , & fidem  
Nobis dedit se . Par . fratrī igitur Thais totast . Ch. scilicet Pa.  
Ia m hoc aliud est quod gaudeamus , miles pellif foras . Ch.  
Frater ubi ubi est? fac q̄ primū hæc audiat . Pa. uisam domū . Th.  
Nunq̄ gnato dubitas quin ego perpetuo perierim ? G N . sine  
Dubio opinor . Ch. quid cōmemorē primū , aut laudē maxume  
Illum qui mihi dedit consiliū ut facerem? an mē qui ausus sim

ACTVS QVINTVS Fo. XXXVIII

Incipere? an fortunam collaudem , quæ gubernatrix fuit ?  
Quæ tot res , tantas , tam eōtione in unum conclusit diem .

An mei patris festiuitatem & fœlicitatem? o Jupiter

Serua obsecro hæc dona nobis . P H . Dii uestram fidem , incre  
dibilia ,

Parmeno modo quæ narrauit , sed ubi est frater ? C H . præsto  
adest . P A R .

Gaudeo . C H . satis credo , nihil est Thaide tua dignius

Quod ametur , ita nostræ omni est fautrix familiæ . P H .

Mihi illam laudas ? T H R . perii , quanto minus spei est , tan  
to magis amo .

Obsecro Gnato in te spes est . G N A . quid uis faciam ? T H R .  
perfice hoc

Precibus , precio , ut hæteam in parte aliqua tādē apud Tha  
dem . G N A .

Difficile est . T H R . si quid collibuit , noui te , hoc si effeceris

Quod uis donū , & premiū a me optato , id optatū feres . G N .

Ita ne? Th. sic erit . G . si efficio hoc , postulo ut mihi tua dom⁹

Te præsente , absente pateat , inuocato ut sit locus

Semper . T H R . do fidem ita facturū . G N A . accingar . Ph .

quem ego hic audio ?

O Thraso . T H . saluete . P H . tu fortasse quæ facta hic sint ne  
scis ? T H R .

Scio . P H . cur ergo in his te ego conspicor regionibus . Thr .

Vobis fretus . P H . scis q̄ fretus ? miles edico tibi ,

Si te in platea offendero hac post unq̄ , nihil quod dicas mihi

Aliū quærebā , iter hac habui , peristi . G . eia haud sic decet . Ph .

Dictum est . G n . nō cognosco uestrū tā superbū . Ph . sic erit . G n .

Prius audite paucis , quod cum dixerim si placuerit

Facitote . Ph . audiamus . G n . tu cōcede paululū istuc Thraso .

Principio ego uos credere ambos hoc mihi uehemeter uelim  
Me huius quicquid facio , id facere maxime causa mea ,

## EVNVCHI

Verum si idem uobis prodest, uos non facere inscitias. P.H.  
 Quid id est? Gn. militē riualē ego recipiendū censeo. P.H. hem  
 Recipiendū? GN. cogita modo, tu hercle cū illa Phaedria  
 Et libenter uiuis, etenim bene libenter uictitas,  
 Et quod des paululū est, & necesse est multū accepere Thaidē,  
 Ut tuo amori suppeditare possit, sine sumptū tuo  
 Ad omnia hāc magis oportunus, nec magis ex usū tuo  
 Nemo est, principio & habet quod det, & dat nemo largius.  
 Fatuus est, insulsus, tardus, stertit noctesq; & dies,  
 Neḡ istū metuas ne amet mulier, facile pellas ubi uelis. P.H.  
 Quid agimus? Gn. prōp̄rēa hoc etiā quod uel primum puto.  
 Accipit hominē nemo melius prorsus, neḡ prolixius. P.H.  
 Mirū ni illoc hoie quoquo pacto op̄ust. Ch. idē arbitror. Gn.  
 Recte facitis, unū etiā hoc uos oro, ut me in uestrū gregem  
 Recipiatis, SATIS DIV hoc iā saxū uorso. Ph. recipim⁹. Ch.  
 Ac libenter. GN. at ego pro isto Phaedria, & tu Chærea  
 Hunc comedendū & deridendū uobis propino. Ch. placet. Ph.  
 Dignus est. GNA. Thraso ubi uis accede. THR. obsecro te  
     quid agimus? GNA.  
 Quid ē isti te ignorabant, postq; eis mores ostendi tuos,  
 Et collaudauit secundum facta & virtutes tuas,  
 Impertraui. THR. bene fecisti, gratiam habeo maximam.  
 Nunq; etiam fui usq; quin me omnes amarent plurimum. Gn.  
 Dixi ego in hoc esse uobis Atticā eloquentiam? P.H.  
 Nihil p̄ter p̄missum est, ite hac, uos ualete, & PLAVDITE.

## INTERLOCVTORES. HEAV.

Chremes senex.	Menedemus senex.
Clinia adulescens.	Clitiphō adulescens.
Syrus seruus.	Dromo seruus.
Sostrata matrona.	Nutrix.
Bacchis meretrix	Phrygia ancilla.
Antiphila meretrix.	

HEAVTON TIMORVM EMOS Fo. XXXIX.  
 GRAECA EST MENANDRI. ACTA LVDIS  
 MEGALENSIBVS. L.CORNELIO LENTV  
 L.O.L. VALERIO FLACCO AEDILIB.CV  
 RVLIB. EGIT AMBIVIVS TVRPIO,  
 MODOS FECIT FLACCUS CLAVD.  
 ACTA PRIMVM TIBIIS IMPARI  
 BVS, DEINDE DVABVS DEXT  
 RIS ACTA ETIAM TERT IO.  
 C. CORNELIO. M.IVVEN  
 IO COSS.

## G.SVLPICII APOLLINARIS PERIOCHA.

Trimetri. *Siue me p̄p̄tis*

N MILITIA M proficisci gnatum Cliniam  
 i Amantem antiphilam compulit durus pater.  
 Animiq; se se angebat facti poenitens.  
 Mox ut reuersus est, clam patre diuortitur  
 Ad Clitiphonem, is amabat scortum Bacchidem.  
 Cum accersiret cupitam Antiphilam,  
 Ut eius Bacchis uenit amica ac seruulæ  
 Habitum gerens Antiphila, factum id quo patrem  
 Suum celaret Clitiphō. hic technis Syri.  
 Decem minas meretriculæ aufert a sene.  
 Antiphila Clitiphonis reperitur foror,  
 Hanc Cliniam, aliam Clitiphō uxorem accipit.

Trimetri omnes.

## PROLOGVS.

n E cui sit uestrum mirum, cur partis seni  
 Poeta dederit, quæ sunt adulescentium.

## EAYTON TIMORUMENON

Id primum dicam, deinde quod ueni eloquar,  
Ex integra græca, integrum comœdiam  
Hodie sum acturus Heauton timorumenon.  
Duplex quæ ex argumento facta est simplici.  
Nouam esse ostendi, & quæ esset, nunc qui scripserit,  
Et cuius græca sit, ni partem maximam  
Existimarem scire uestrum, id dicerem.  
Nunc quam ob rem has partis didicerim, paucis dabo.  
Oratorem uoluit esse me, non Prologum.  
Vestrum iudicium fecit, me actorem dedit.  
Sed hic actor tantum poterit a facundia,  
Quantum ille potuit cogitare commode.  
Qui orationem hanc scripsit, quam dicturus sum.  
Nam quod fumores distulerint maleuoli,  
Multas contaminasse græcas, dum facit  
Paucas latinas, factum hic esse id non negat.  
Neq; se id pigere & deinde facturum autumat.  
Habet bonorum exemplum, quo exemplo sibi  
Licere id facere, quod illi fecerunt, putat.  
Tum quod maleuolus uetus poeta dicitat,  
Repente ad studium, hunc se applicasse musicum  
Amicum, ingenio fretum haud natura sua.  
Arbitrium uestrum uestra existimatio  
Valebit, quam ob rem omnes uos oratos uolo,  
Ne plus iniquum possit q; æquum oratio.  
Facite & qui sitis, date crescendi copiam  
Nouarum, qui spectandi faciunt copiam  
Sine uitio, ne ille pro se dictum existimet,  
Qui nuper fecit seruo currenti in uia  
Decessę populum, cur infano seruiat?  
De illius peccatis plura dicet, cum dabit  
Alias nouas, nisi finem maledictis facit  
Adeste æquo animo, date potestatem mihi

## ACTVS PRIMVS

No. XL

Statariam agere ut liceat per silentium,  
Ne semper seruus currens, iratus senex,  
Edax parasitus, Sycophanta autem impudens,  
Auarus leno, assidue agendi sint mihi,  
Clamore summo, cum labore maximo,  
Mea causa causam hanc iustum esse animum inducite.  
Ut aliqua pars laboris minuatur mihi,  
Nam nunc nouas qui scribunt nihil parcunt seni,  
Si qua laboriosa est, ad me curritur,  
Sin leuis est, ad alium defertur gregem,  
In hac est pura oratio, experimini  
In utræ partem ingenium quid possit meum,  
Si nunquam auare precium statui arti meæ,  
Et eum esse quæstum in animum induxi maximum,  
Quam maxime seruire uestris commodis.  
Exemplum statuite in me, ut adolescentuli  
Vobis placere studeant, potiusq; sibi.

Trimetri, & Septenarius unus, Dimeter Brachycatalecticus.

## CHREMES. MENEDEMVS SENES.

### PRIMVS ACTVS.

Vamquam hæc inter nos nuper noticia admodū est.  
q; Inde adeo quod agrum in proximo hic mercatus es,  
Necrei fere sane amplius quicq; fuit,  
Tamen uel uirtus tua me, uel uicinitas  
(Quod ego in propinqua parte amicitiæ puto)  
Facit, ut te audacter moneam, & familiariter,  
Quod mihi uidere præter ætatem tuam  
Facere, & præter q; res te adhortatur tua.  
Nam proh deum, atq; hominum fidem, quid uis tibi?

EAYTON TIMOPYMENTOR

Aut quid queris? annos sexaginta natus es,  
 Aut plus eo, ut coniicio, agrum in his regionibus  
 Meliorem, neq; precii maioris nemo habet.  
 Seruos complures, proinde quasi nemo siet,  
 Ita attente tu te illorum officia fungere. *Nota fingor in ante*  
 Nunq tam mane egredior, neq tam uesteri  
 Domum reuertor, quin te in fundo conspicer  
 Fodere, aut arare, aut aliquid ferre, deniq;  
 Nullum remittis tempus, neq te respicis.  
 Hæc non uoluptati esse, satis certo scio.  
 At enim dices, me quantum hic fiat operis pœnitet,  
 Quo d in opere faciendo operæ consumis tuæ.  
 Si sumas in illis exercendis, plus agas. M E.  
 Chreme tantum ne ab re tuaſt ocii tibi, *M 19*  
 Aliena ut cures, ea nihil quæ ad te attinent? CH.  
 H O M O S V M, H V M A N I a me nihil alienum puto.  
 Vel me monere hoc, uel percontari puta.  
 Rectum est, ego ut faciam, non ut deterream. M E.  
 Mihi sic est usus, tibi ut facto opus face. CH.  
 An cuiq; est usus homini se ut cruciet? M E. mihi. CH.  
 Si quid laboris est, nolle, sed quid istuc mali est?  
 Quæſo quid de te tantum meruisti? M E. eheu. CH.  
 Ne lacruma, atq; istuc quicquid est, fac me ut sciām,  
 Ne retice, ne uerere, crede in qua in mihi,  
 Aut consolando, aut consilio, aut re iuuero. M E.  
 Scire hoc uis? C H. hac equidem causa qua dixi tibi. M E.  
 Dicitur. C H. istos rastros interea tamen  
 Depone, ne labora. Me. minime. Ch. quā rem agis? M E.  
 Sine me, uacuum tempus ne quod dem mihi  
 Laboris. Ch. non sinam inquā. Me. ah, non æquum facis. Ch.  
 Hui, tam grauis hos quæſo? M E. sic meritumst meū. C H.  
 Nunc loquere. M E. Filium unicum adolescentulum

ACTVS PRIMVS

Fo. XLI  
 Habeo, at quod dixi habere? immo habui Chreme.  
 Nunc habeam, nec ne incertūst. C H. quid ita istuc? M E. scies.  
 Est e corintho hic aduena anus paupercula.  
 Eius filiam ille amare cœpit perdite,  
 Prope iam ut pro uxore haberet, hæc clam me omnia.  
 Vbi rem resciui, cœpi non humanitus,  
 Neq; ut animum decuit ægrotum adolescentuli  
 Tractare, sed ui & uia peruulgata patrum.  
 Quotidie accusabam, hem tibi ne hæc diutius  
 Licere speras facere me uiuo patre?  
 Amicam ut habeas prope iam uxoris loco?  
 Erras si id credis, & me ignoras clinia.  
 Ego te meum esse dici tantisper uolo,  
 Dum quod te dignumst facies, sed si id non facis,  
 Ego quod me in te sit facere dignum inuenero.  
 Nulla adeo ex re istuc fit, nisi ex nimio ocio.  
 Ego istuc ætatis non amori operam dabam.  
 Sed in Asiam hinc abii propter pauperiem,  
 Atq; ibi simul rem, & gloriam armis belli repperi.  
 Postremo adeo res redit, adolescentulus  
 Sæpe eadem & grauiter audiendo uictus est.  
 Putauit me ætate & sapientia  
 Plus scire & prouidere, q; seipsum sibi,  
 In Asiam ad regé militatum abiit Chreme. C H.  
 Quid ais? M E. calm me profectus, menses tris abest. C H.  
 Ambo accusandi, sed si illud incepit, tamen  
 Animi est prudentis signum, & non instrenui. M E.  
 Vbi comperi ex his qui ei fuere consciī,  
 Domum reuortor mœstus, atq; animo fere  
 Perturbato atq; incerto præ ægritudine,  
 Assido, accurrit serui, soccos detrahunt,  
 Video alios festinare, lectos sternere,  
 Cœnam apparare, pro se quisq; sedulo

EATTON TIMOR OYMENTOR

Faciebat, quo illam mihi lenirent miseriam.  
 Vbi video hæc, cœpi cogitare hem, tot mea  
 Solius solicii sunt causa, ut me unum expleant?  
 Ancillæ tot me uestiant & sumptus domi  
 Tantos ego solus faciam & sed gnatum unicum  
 Quem pariter uti his decuit, aut etiam amplius,  
 QVOD illa ætas magis ad hæc utenda idonea est,  
 Eum ego eieci hinc miserum iniustitia mea.  
 Malo quidem me dignum quo quis deputem,  
 Si id faciam, nam usq; dum ille uitam illam incolit  
 Inopem, carens patria ob meas iniurias.  
 Interea usq; illi de me supplicium dabo.  
 Laborans, quærens, parcens, illi seruiens.  
 Ita facio prorsus, nihil relinquo in ædibus,  
 Nec uas, nec uestimentum, contrafis omnia,  
 Ancillas, seruos, nisi eos qui opere rustico  
 Faciendo, facile sumptum exerceant suum.  
 Omnis produxi ac uendidi, inscripsi illico  
 Aedis mercede, quasi talenta ad quindecim  
 Coegi, agrum hunc mercatus sum, hic exerceo.  
 Decreui tantisper me minus iniuriæ  
 Chreme, meo gnato facere, dum siam miser,  
 Nec mihi fas esse ulla me uoluptate hic frui,  
 Nisi ubi ille huc saluus redierit meus particeps. CH.  
 Ingenio te esse in liberos leni puto,  
 Et illum obsequentem si quis recte aut commode  
 Tractaret, uerum neq; tu illum satis noueras,  
 Nec te ille, hoc ibi fit, ubi non uere uiuitur.  
 Tu illum nunq; ostendisti quanti penderes,  
 Nec tibi ille est credere ausus quæ est æquum patri,  
 Quod si esset factum, hæc nunq; euenisserit tibi. M E.  
 Ita res est, fateor, peccatum a me maximumst. CH.  
 Menedeme, at porro recte spero illum tibi

ACTVS PRIMVS

Fo. XLII

Saluum affuturum esse hic confido propediem. M E.  
 Vtinam dii ita faxint. CH. facient, sed nunc si commodūst,  
 Dionysia hic sunt, hodie apud me sis uolo. M E.  
 Non possum. CH. cur non & quæso tandem aliquantulum  
 Tibi parce, idem absens facere te hoc uult filius. M E.  
 Non conuenit qui illum ad laborem impulerim,  
 Nunc me ipsum fugere. C H. siccine est sententia & M E.  
 Sic. C H. bene uale. M E. & tu. C H lacrumas excussit mihi,  
 Misere tamen me eius, sed ut diei tempus est,  
 Monere oportet me hanc uicinum Phaniam  
 Ad coenam ut ueniat, ibo ut uisam si domi est.  
 Nihil opus fuit monitore, iam dudum domi  
 Præsto apud me esse aiunt, egomet conuiuas moror.  
 Ibo adeo hinc intro, sed quid crepuerunt fores &  
 Hinc a me quisnam egreditur & huc concessero.

Ootonarii, & unus Dimeter Brachycatalecticus.

CLITIPHO ADVLESCENS. CHR E M E S.

Ihil adhuc est, quod uereare Clinia, haud quaq; etiā cessat,  
 Et illa simul cū nuncio tibi hic ego affuturā hodie scio.  
 Proin tu solitudinē istam fallam quæ te excruciat omit,  
 Qui cum loquitur filius & CLIT. (tas. C H.,  
 Pater adest quæ uolui, adibo, pater oportune aduenis. C H.  
 Quid est? Cli. hunc Menedemū nostrū nostrū uicinū & C H.  
 Probe. CLIT. huic filiū scis esse & C H. audiui in Asia. CLIT.  
 non est pater;  
 Apud nos est. C H. quid ais & CLIT. aduenientē e nauis egredientem illico  
 Adduxi ad coenā, nā mihi magna cū eo iā inde usq; a puericia  
 Semper fuit familiaritas. C H. uoluptatē magnā nuncias.  
 Quā uellē Menedemū inuitatū, ut nobiscū esset hodie ampli?

EAYTON TIMΩPOY MENΟΥ

Vt hanc læticiam nec opinanti primus ei obiicerem dom i,  
 Atq; etiā nūc tépus est. Clit.caue faxis nō est opus pater . CH.  
 Quapropter Clit.qa'ēm incertumst etiā qd se faciat,mō uenit,  
 Timer omnia , patris iram , & animū amicæ se erga ut sit suæ .  
 Eā misere amat, ppter eā hęc turba atq; abitio euenis. Ch.scio.Cl.  
 Nunc seruulū ad eā in urbē misit , & ego nostrū una Syrum.Ch.  
 Quid narrat CLIT. quid ille ē se miserum esse . CH . miserū  
 quem minus credereſt .  
 Quid reliqui est , quin habeat quæ quidē in hoie dicunt bona ?  
 Parentes , patriā incolumē , amicos , genus , cognatos , diuitias ,  
 ATQVE HAE C perinde sunt , ut illi⁹ animus qui ea possidet .  
 Qui uti scit ei bona , illi qui non utitur recte mala . CLIT .  
 Immo ille fuit senex importunus semper , & nūc nihil magis  
 Vereor , q̄ nequid in illum iratus plus satis faxit pater . CH .  
 Ille ne ē sed reprimā me , nā in metu esse hunc illi est utile . Cli .  
 Quid tu te tecū ē CH . dicā , ut ut erat , mansum tamē oportuit .  
 Fortasse aliquanto iniquior erat , propter eius libidinem  
 Pateretur , nā quē ferret , si parentē non ferret suum ?  
 Huncine erat æquum ex illius more , an illum ex huius uiuere ?  
 Et quod illū insimulat durū id non est , nam parentū iniuriae  
 Vnūlmodi sunt ferme , paulo qui est homo tolerabilis .  
 Scortari crebro nolunt , nolunt crebro conuiuarier .  
 Præbent exigue sumptū , & ea sunt tamen ad uirtutē omnia .  
 VERVM VBI animus semel se cupiditate deuinxit mala ,  
 Necesse est Clitipho consilia conse qui consimilia , hoc  
 Scitumst periculum ex aliis facere , tibi quod ex usu siet . CL .  
 Ita credo . Ch. ego ibo hinc intro , ut uideam nobis qd cœnæ siet .  
 Tu ut tempus est diei , uide sis ne quo hinc abeas longius .

Tetrametri .

CLITIPHO.

ACTVS SECUNDVS.

q Vam inqui sunt patres in omnes adolescentis iudices .

ACTVS SECUNDVS

Fo. XLIII

Qui æquum esse censem , nos iam a pueris illico nasci senes .  
 Neḡ illarum affines esse rerum , quas fert adolescentia .  
 Ex sua libidine moderantur , nūc quæ est , nō quæ olim fuit .  
 Mihi si unquam filius erit , nā ille facillime utetur patre .  
 Nam & cognoscendi , & ignoscendi dabitur peccati locus .  
 Non ut meus , qui mihi per aliū ostendit suam sententiā ,  
 Perii , is mihi ubi adhibuit pl⁹ paulo , sua quæ narrat facinora .  
 Nunc ait , periculum ex aliis facito tibi , quod ex usu siet .  
 Astutus , ne ille haud scit , quā mihi nūc surdo narret fabulā .  
 Magis nūc me amicæ dicta stimulat , da mihi atq; affer mihi .  
 Cui quid respondeā nihil habeo , neq; me quisq; est miserior .  
 Nam hic Clinia , & si is suarum rerum satagit , attamen  
 Habet bene ac pudice eductam , & ignarā artis meretriciæ .  
 Meast potens , procax , magnifica , sumptuosa , nobilis .  
 Tum quod dem ei rectest , nā nihil esse mihi religio est dicere .  
 Hoc ego mali nō pridem inueni , neq; etiam dum scit pater .

Eiusdem rationis .

CLINIA. CLITIPHO.

I mihi secūdæ res de amore meo essent , iam dudu scio  
 s Venissent , sed uereor me absente ne mulier corrupta sit  
 Cōcurrūt multæ opiniones , quæ mihi aimū exaugeat .  
 Locus , occasio , ætas , mater sub imperio cuius est mala ,  
 Cui nihil iam præter precium dulceſt . CLIT. Clinia . CLI .  
 hei misero mihi . CLIT .  
 Etiam caues ne uideat forte hinc te a patre aliquis exiēs . CL I .  
 Faciā , sed nescio qd profecto mihi animus præſagit mali . Clit .  
 Pergin istuc prius diiudicare , q̄ scis quid ueri siet . CLIN .  
 Si nihil mali effet iam hic aderūt . CLIT . iam aderūt . Clin .  
 quando istuc erit ? CLIT .  
 Non cogitas hinc longius abesse ? & nosti mores mulierum .  
 Dum moliuntur , dum comuntur , annus est . Clin.o Clitipho  
 Timeo . Clit. respira , eccum Dromonē cū Syro una adsunt tibi .

EAYTON TIMOPOMENOV

Tetratnetri ac Trimetri, partim legitimi, partim Septenarii,  
Trochaici.

SYRVS. DROMO .S. CLINIA. CLITIPHO. A.

In tu.Dro.sic est.Sy.uerū interea dū sermones cædimus  
a Illæ sūt reliqt. Clit. mulier tibi adeſt, audin Clinia & Clin.  
Ego uero audio, nūc demū & uideo, & ualeo Clitipho. C. B.  
Minime mirum, adeo impeditæ sunt, ancillarum gregem  
Ducū secū. Clin. perii, unde illi sūt ancillæ & Clit. men rogas & Sy.  
Non oportuit reliqta, portant quid rerū. Clin. hei mihi. S Y.  
Aurum, uestem, & uesperascit, & non norunt uiam.  
Factum a nobis stulte est, abidum tu Dromo illis obuiam  
Propere, qd stas & Clin. uæ misero mihi, quata de spe decidi. Clit.  
Quid istut & quæ res te solicitat auté & Clin. rogas quid siet?  
Viden tu ancillas & aurum, uestem, quam ego cū una ancillula  
Hic reliqui, unā eā esse censes & Clit. uah, nūc demū intelligo. Sy.  
Dii boni quid turbest & ædes nostræ uix capient scio.  
Quid comedent & qd ebibent & quid seni erit nostro miserius?  
Sed uideo, eccos quos uolebā. Clin. o Iupiter ubi nā est fides?  
Dū ego propter te errans patria careo demens, tu interea loci  
Collocupletasti te Antiphila, & me in his deseruisti malis.  
Propter quā in summa ifamia sū, & meo patri min⁹ sum obsequēs  
Cuius nūc pudet me & miseret, qui harū mores cantabat mihi,  
Monuisse fruſtra, neq; potuisse unq; ab hac me expellere,  
Quod tamē nunc faciā, tum cū gratū mihi esse potuit nolui.  
Nemo est miserior me. Sy. hic de nostris uerbis errat uidelicet,  
Quæ hic sumus loquuti. Clinia aliter tuū amore atq; est accipis  
Nam & uitast eadē, & animus te erga idem ac fuit,  
Quantum ex ipsa re coniectura m fecimus, CLIN.  
Quid est obsecro & nam mihi nunc nihil rerum omniumst  
Quod malim quam me hoc falſo ſuſcipiar. S Y.  
Hoc primum ut ne quid huius rerum ignores, anus  
Quæ est dicta mater eſſe ei antehac non fuit.

ACTVS SECUNDVS

Fo. XLIII

Ea obiit mortem, hoc ipsa in itinere alteræ  
Dum narrat forte audiui. Clit. quæ nam est altera & S Y.  
Mane hoc quod cœpi primum enarrem o Clitipho.  
Post istuc ueniā. CLIT. propera. S Y. iam primū omniū  
Vbi uentum ad ædis est Dromo pultat fôres,  
Anus quædam prodit, hæc ubi aperuit hostium  
Continuo hic se coniecit intro, ego conſequor.  
Anus foribus obdit peflulum, ad lanam redit.  
Hinc ſciri potuit ( aut nusquam alibi ) Clinia  
Quo ſtudio uitam suam te abſente exegerit,  
Vbi de improviso eſt interuentum mulieri.  
Nam ea res dedit tum existimandi copiam,  
Quotidianæ uitæ consuetudinem,  
QV AE CV I VS Q V E ingenium ut sit declarat maxume,  
Texentem telam studioſe ipsam offendimus,  
Mediocriter uestitam ueste lugubti,  
Eius anuis cauſa opinor quæ erat mortua,  
Sine auro tum ornatam, uti quæ ornantur ſibi,  
Nulla mala re expolitam muliebri.  
Capillus pexus, prolixus, circum caput  
Reiectus negligenter, pax. CLIN. Syre mi obſecro  
Ne me in lætitiam fruſtra coniicias. S Y. anus  
Subtegmen nebat, præter ea una ancilla erat.  
Ea texebat una pannis obſita,  
Neglecta, immunda illuuie. CLIT. si hæc ſunt Clinia  
Vera, ita uti credo quis te eſt fortunatior?  
Sin hanc quam dicit ſordidatam & ſordidam,  
Magnum hoc quoq; ſignumſt, dominā eſſe extra noxiā,  
Cum eius tam negliguntur internunciī,  
NAM DISCIPLINA eſt eisdem munerarier  
Ancillas primum ad dominas qui affectant uiam. CLIN.  
Perge obſecro te, & caue ne falſam gratiam  
Studeas inire, quid ait ubi me nominas & S Y.

EAYTON TIMΩPOYMENTOR

Vbi dicimus redisse te ,& rogare uti  
Veniret ad te mulier ,telam deserit  
Continuo & lacrumis opplet os totum sibi .  
Vt facile scires desyderio id fieri tuo . CLIN.  
Prægaudio (ita me Dii ament) ubi sim nescio .  
Ita timeo . CLIT . at ego nihil esse sciebam Clinia .  
Agedum uicissim Syre ,dic quæ illast altera . SY .  
Adducimus tuam Bacchidem . CLIT . hem quid Bacchidem ?  
Echo ,scelestè quo illā adducis ? Sy . quo ego illā ? ad nos scilicet . C.  
Ad patrē ne ? Sy . ad ipm . Clit . o hominis impudentem  
Audaciam . SY . heus non sit sine pericolo facinus magnum &  
memorabile . CLIT .  
Hoc uide in mea uita tu tibi laudem is quæsitum scelus ,  
Vbi si paululum modo quid te fugerit ego perierim ,  
Quid illo facias ? SY . at enim . CLIT . quid enim ? SY . si si-  
nas dicam . CLI . sine . CLIT .  
Sino . Sy . ita res est ,hæc nūc q̄si cū . Clit . quas malū ambages mihi  
Narrare occipit ? C. Syre ,uerū hic dicit ,mitte ista ,ad rē redi . Sy .  
Enimuero feticere nequeo ,multis modis iniurius  
Clitiphō est ,neq̄ ferri potis est . CLIT . audiendū hercle est ,tace .  
Vis amare ,uis potiri ,uis quid des illi effici .  
Tuum esse in potiundo periculum non uis ,haud stulte sapis .  
Siquidē id sapere est uelle te id quod non potest contingere .  
Aut hæc cū illis sunt habenda ,aut illa cū his amittēda sunt .  
Harum duarum condicionum nunc utram malis uide ,  
Et si consilium quod cœpi rectum esse & tutum scio .  
Nam apud patrē tua amica ,tecum sine metu ut sit copiast .  
Tum quod illi argentū es pollicitus ,eadē hac inueniā uia .  
Quod ut efficere orando surdas iam aures reddideras mihi ,  
Quid aliud tibi uis ? CLIT . siquidem hoc fit . SY . siquidem ex-  
periundo scies . CLIT .  
Age age ,cedo istuc tuū consiliū quid id est ? Sy . assimulabimus

ACTVS SECUNDVS

Fo. XLV

Tuā amicā huius esse . Cli pulchre ,cedo quid hic faciet sua ?  
An ea quoq̄ dicef huius ? si una hæc dedecori est parum ? Sy .  
Immo ad tuā matrē deducef . Cli . qd eo ? Sy . lōgū est Clitiphō ,  
Si tibi narrē ,quæ ob rem id faciā uera causa est . Cli . fabulæ ,  
Nihil satis firmi uideo ,quam ob rem accipere hunc mihi ex-  
pediat metum . SY .  
Mane habeo aliud ,si istuc metuis quod ambo confiteamini  
Sine periclo esse . Clit . huiusmodi obsecro aliqd repperi . Sy . ma-  
Ibo obuiā hinc ,dicā ut reuortanf domū . Clit . hem , (xime .  
Quid dixti ? SY . ademptum tibi iam faxo oēm metum ,  
IN AVR EM utramuis ociose ut dormias . CLIT .  
Quid ago nunc ? Sy . tu ne ? quod bonist . Clit . Syre dic modo  
Verum . Sy . agē modo hodie sero ac ne quicq̄ uoles . Clin .  
Datur modo fruare dum licet ,nam nescias  
Eius sit potestas posthac an nunq̄ tibi . CLIT .  
Syre inquā . Sy . perge porro ,tamen istuc ago . CLIT .  
Verū hercle istuc est . Syre , Syre inquā , heus heus Syre . Sy .  
Concaluit ,quid uis ? Clit . redi redi . Sy . adsum ,dic quid est ?  
Iam hoc quoq̄ negabis tibi placere . Clit . immo Syre ,  
Et me ,& meum amorem ,& famam permitto tibi .  
Tu es iudex ,ne quid accusandus sis uide . SY .  
Ridiculum est istuc me admonere Clitiphō ,  
Quasi istic minor mea res agatur ,q̄ tua .  
Hic si quid nobis forte aduersi euenerit ,  
Tibi erunt parata uerba ,huic homini uerbera ,  
Quapropter neutiq̄ hæc res neglectumst mihi ,  
Sed istum exora ,ut suam esse dissimulet . CLIN . scilicet  
Facturum me esse ,in eum iam res dedit locum ,  
Vt sit necesse . CLIT . merito te amo Clinia . CLIN .  
Verum ille ne quid titubet . Sy . perdoctast probe . Clin .  
At hoc demiror qui tam facile potueris  
Persuadere illi ,quæ solet quos spernere . SY .  
In tempore ad eam ueni ,QVOD rerum omniumst

EAYTON TIMΩPOYMENTOY

Primum, nam miserum quendam offendit militem,  
Eius noctem orantem, haec arte tractabat virum,  
Ut illius animum cupidum inopia incenderet,  
Eademq; ut esset apud te ob hoc q; gratissimast,  
Sed heus tu uide sis, nequid imprudens ruas.  
Patrem nosti ad has res q; sit peripicax.  
Ego te autem noui q; esse soleas impotens,  
Inuersa uerba, euerfas ceruices tuas,  
Gemitus, screatus, tussis, risus abstine. CLIT.  
Laudabis. S Y. uide sis. CLIT. tu te met mirabere. Sy.  
Sed q; cito sunt consecutae mulieres? CLIT.  
Vbi sunt? cur retines? Sy. iam nunc hac non est tua. CLIT.  
Scio apud patrem, at nunc interim? Sy. nihilo magis. Clit.  
Sine. Sy. non sinā inq. Clit. quæso paulisper. Sy. ueto. Clit.  
Saltem salutare. Sy. abeas si sapis. CLIT. eo  
Quid istic? Sy. manebit. Clit. o hominē fœlicē. Sy. ambula.

Tetrametri.

BACCHIS. ANTIPHILA. CLINIA. SYRVS.

Depol te mea Antiphila laudo, & fortunatam iudico.  
Id cū studuisti isti formæ mores ut consimiles forent.  
Minimeq; (ita me Dii amēt) miror, si te sibi q;scq; expetit.  
Nam mihi quale ingenium haberes, fuit indicio oratio.  
Et cū egomet nunc mecum in animo uitā tuā consydero,  
Omniumq; adeo uostrarum uulgas quæ ab se segregant,  
Et uos esse istiusmodi, & nos non esse haud mirabilest.  
Nam expedit bonas esse uobis, nos q;bus cū res est nō sinunt.  
Quippe forma impulsi nostra, nos amatores colunt.  
Hæc ubi immutata est, illi suum animum alio conferunt.  
Nisi prospectū interea aliiquid nobis est, deserte uiuimus.  
Vobis cū uno simul ubi ætatem agere decretum est uiro,

ACTVS TERTIVS

Fo. XLVI

Cuius mos maxime est cōsimilis uostrū, hi se ad uos applicat,  
Hoc beneficio utriq; ab utrisq; uero deuincimini.  
Ut nunq; ulla amori uestro incidere possit calamitas. AN.  
Nescio alias, me scio quidem semper fecisse sedulo,  
Ut ex illius cōmodo meū compararem commodū. Clin. uah,  
Ergo mea Antiphila tu nunc sola reducem me in patriā facis.  
Nam dū abs te absum, oēs mihi labores fuere quos coepi leues,  
Præter q; tui carēdū qd' erat. Sy. credo. Clin. Syre, uis suffero. Sy.  
Hoccine me miserū non licere meo modo ingenio frui?  
Immo ut pātrē tuū uidi esse habitū diu, etiā duras dabit. Bac.  
Quis nā hic adulescēs ē, q; itueſ nos? An. ah. retine me obsecro.  
Amabo, qd tibi ē? An. disperii. Ba. perii misera, qd stupes (Ba).  
Antiphila? An. uideon Clinia, an nō? Bac. quem uides? Clin.  
Saluē anime mi. An. o mi Clinia, salue. Clin. ut uales? An.  
Saluum uenisse gaudeo. CLIN. teneō ne te  
Antiphila, maxime animo exoptata meo? S Y.  
Ite intro, nam uos iam dudum expectat senex.

Tetrametri, ac Trimetri. CHREMES. MENEDEMVS.

ACTVS. TERTIVS.

Vcescit, hoc iam cur cesso pulsare hostium  
1 Vicini, primum ex me ut sciat sibi filium  
Rediffe, & si adulescentem hōc nolle intelligo  
Verum cum uideam miserum hunc tam excruciarier  
Eius abitu, celem tam insperatum gaudium,  
Cum illi nihil pericli ex indicio fieri  
Haud faciam, nam q; potero adiutabo senem  
Item ut filium amico, atq; æquali suo  
Video inseruife, & socium esse in negociis.  
Nos quoq; senes est æquum senibus obsequi. ME.  
Aut ego profecto ingenio egregie ad miseriam

## EATTON TIMOPOTY MENOR

Natus sum ,aut illud falsumst quod uulgo audio  
 Dici, DIEM A DIMERE ægritudinem hominibus.  
 Nam mihi quidem quotidie augescit magis  
 De filio ægritudo ,& quanto diutius  
 Abest ,magis cupio tanto ,& magis desydero .CH.  
 Sed ipsum foras egressum uideo ,adibo ,alloquar.  
 Menedeme salue ,nuncium apporto tibi ,  
 Cuius te maxime fieri particem cupis .ME.  
 Num quidnam de gnato meo audisti Chreme & CH.  
 Valet,atq; uiuit. Me. ubi nā est queso & Ch.apud me domi .ME.  
 Meus gnatus & CH. sic est. ME. uenit & Ch. certe .ME. Clinia  
 Meus uenit & Ch.dixi .Me. eamus,duc me ad eum obsecro .Ch.  
 Non uult te scire se redisse ,etiam & tuum.  
 Conspectum fugitat propter peccatum,tum hoc timet  
 Ne tua duritia illa antiqua etiam adaucta siet .ME.  
 Non tu ei dixisti ut essem & Ch.nō .Me. quā ob ré Chreme & Ch.  
 Quia pessumne iſtuc in te atq; in illum consulis,  
 Si te tam leni & uicto esse anirno ostenderis .ME.  
 Non possum ,satis iam ,satis pater durus fui .CH. ah.  
 Vehemens in utranc; partem Menedeme es nimis.  
 Aut largitate nimia aut parsimonia ,  
 In eandem fraudem ex hac re ,atq; ex illa incides ,  
 Primum dim potius ,q; paterere filium .  
 Commeare ad mulierculam ,quæ paululo  
 Tum erat contenta ,cuiq; erant grata omnia.  
 Proterruisti hinc ,ea coacta ingratiss  
 Post illa cœpit uictum uulgo querere.  
 Nunc cum sine magno detimento non potest  
 Haberi ,quid uis dare cupis ,nam ut tu scias ,  
 Quam ea nunc instructa pulchre ad pernitiem siet ,  
 Primum ,iam ancillas secum adduxit plus decem  
 Oneratas ueste atq; auro ,satrapes si siet p; f; g; f; g; f; g;  
 Amator ,nunq; sufferre eius sumptus queat.

## ACTVS TERTIVS

Fo. XLVII

Ne dum tu possis .ME. est ne ea intus & CH. sit rogas &  
 Sensi ,nam ei unam coenam atq; eius comitibus  
 Dedi ,quod si iterum mihi sit danda ,actum siet.  
 Nam ut alia omittam ,pitissando modo mihi  
 Quid uini assumpsit & sic dicens ,asperum  
 Pater hoc est ,aliud lenius ,sodes uide ,  
 Releui dolia omnia ,omnes ferias .  
 Omnes sollicitos habui ,atq; hæc una nox ,  
 Quid te futurum censes & quem assidue exedent .  
 Ita me dii amabunt ,ut tuarum misertumst .  
 Menedeme fortunarum .ME. faciat quod libet .  
 Sumat ,consumat ,perdat ,decreta mst pati ,  
 Dum illum modo habeam mecum .CH. si certum est tibi  
 Sic facere ,id permagni referre arbitror ,  
 Ut nescientem sentiat te id sibi dare .ME.  
 Quid faciam & CH. quid uis ,potius q; quod cogitas ,  
 Per alium quem uis ut des ,falli te sinas  
 Technis per seruulum ,& si subleñsi id quoq;  
 Illos ibi esse ,& id agere inter se clanculum .  
 Syrus cum illo uestro consuurrat ,conferunt .  
 Consilia adulescentes ,& tibi perdere .  
 Talentum hoc pacto satius est ,q; illo minam .  
 Non nunc pecunia agitur ,sed illud quo modo  
 Minimo periculo id derius adulescentulo .  
 Nam si semel tuum animum intellexerit ,  
 Prius proditum te tuam uitam ,& prius  
 Pecuniam omnem ,quam abs te amittas filium ,hui ,  
 Quantam fenestram ad nequitiam patefeceris &  
 Tibi autem porro ut non sit suaue uiuere .  
 NAM DETERIORES omnes sumus licentia .  
 Quodcunq; inciderit in mentem uolet ,neq; id  
 Putabit prauum ,an rectum siet quod petet .  
 Tu rem perire ,& ipsum non poteris pati .

E A Y T O N T I M O P O Y M E N O X

Dare denegaris , ibit ad illum illico ,  
 Quo maxime apud te se ualere sentiet ,  
 Abiturum se abste esse illico minabitur . M E .  
 Videre uerum atq; ita ut res est dicere . C H .  
 Somnum hercle ego hac nocte oculis non uidi meis ,  
 Dum id quero , tibi qui filium <sup>restituerem</sup> . M E .  
 Cedo dexteram , porro te idem oro ut facias Chreme . C H .  
 Paratus sum . M E . scin quid nunc te facere uolo & C H .  
 Dic . M E . quod sensisti illos me incipere fallere ,  
 Id ut maturent facere , cupio illi dare  
 Quod uult , cupio ipsum iam uidere . C H . operam dabo .  
 Syrus est prehendendus atq; adhortandus mihi .  
 A me nescio quis exit , concede hinc domum ,  
 Ne nos inter nos congruere sentiant ,  
 Paululum negotii mihi obstat . Symus & Crito  
 Vicini nostri hic ambigunt de finibus .  
 Me cepere arbitrum , ibo ac dicam , ut dixeram ,  
 Operam daturum me hodie non posse his dare ,  
 Continuo hic adero . M E . ita quæso , Di uestram fidem  
 IT A N C O M P A R A T A M esse hominū naturā omniū ,  
 Aliena melius ut uideant , & iudicent  
 Quam sua . an eo sit quia in re nostra , aut gaudio  
 Sumus præpediti nimio , aut ægritudine &  
 Hic mihi quanto nunc plus sapit , q; egomet mihi & C H .  
 Dissolu me ocyus operam ut tibi darem .

Senarii . S Y R V S . C H R E M E S .

Ac illac circuncursa , inueniendum est tamen  
 h Argentum , intendenda in senem fallacia . C H .  
 Num me fefellit hosce id struere & uidelicet ,  
 Ille Clinæ seruus tardiusculus est ,  
 Iccirco huic nostro tradita est prouincia . Sy .

A C T V S T E R T I V S

Fo. XLVIII

Quis hic loqui & perii , num nā hæc audiuit ? C h . Syre . Sy . hē . C h .  
 Quid tu istic & Sy . recte quidem te demiror Chreme  
 Tam mane , qui heri tantum biberis . C H . nihil nimis . Sy .  
 Nihil narras , uisa uero est quod dici solet ,  
 A Q V I L A E S E N E C T V S . C H . eia . Sy . mulier cōmoda  
 Et faceta hæc est meretrix . C H . sane idem est uisa tibi & S y .  
 Equidem hercle forma luculenta . C H . sic satis . Sy .  
 Ita non ut olim , sed uti nunc sane bona ,  
 Minime & miror Clinia hanc si deperit .  
 Sed habet patrem quendam auidum , miserum atq; aridum ,  
 Vicinum hunc nostin & at qui non diuitiis  
 Abundet , gnatus eius profugit inopia .  
 Scin esse factum , ut dico & C H . quid ego nesciam &  
 Hominem pistrino dignum . S Y . quem & C H . istum seruulū  
 Dico adulescentis . S Y . Syre tibi timui male . C H .  
 Qui passus est id fieri & Sy . quid faceret & C H . rogas &  
 Aliquid reperiret , fingeret fallacias .  
 Vnde esset adulescenti amicæ quod daret ,  
 Atq; hunc difficilem inuitum seruaret senem . Sy .  
 Garris . C H . hæc facta ab illo oportebant Syre . Sy .  
 Echo quæso laudas heros , qui fallunt & C H . loco ,  
 Ego uero laudo . Sy . recte sane . C H . quippe  
 Magnarum sæpe id remedium ægritudinum est .  
 Iam huic mansisset unicus gnatus domi Sy .  
 Iocon an serio illæc dicat nescio ,  
 Nisi mihi quidem addit animum quo libeat magis . C H .  
 At nunc quid expectat Syre & an dum hinc denuo  
 Abeat , cum tolerare huius sumptus non queat &  
 Nonne ad senem aliquam fabricā fingit & Sy . stolidus est . C h .  
 At te adiutare oportet adulescentuli  
 Causa . Sy . facile equidem facere possum iubes .  
 Etenim quo pacto id fieri soleat calleo . C H .  
 Tanto hercle melior . Sy . non est mentiri mecum . C H .

EAYTON TIMΩPOY MENOR

Fac ergo .Sy. at heus tu facito dum eadē hæc memineris ,  
Siquid huius simile forte aliquando euenerit ,  
Vt sunt humana ,tuus ut faciat filius .CH.  
Non usus ueniet spero .SY. spero ego hercle quoq;  
Nec eo nunc dico q; quicq; illum senserim ,  
Sed siquid nequit quæ sit eius ætas uides .  
Et ne ego te ( si usus ueniat ) magnifice Chreme  
Tractare possim .CH. de istoc ( cum usus uenerit )  
Videbimus quid opus sit ,nunc istuc age .SY.  
Nunq; commodius ,q; nunc herum audiui loqui ,  
Nec cum malefacerem crederem mihi impunius  
Licere ,quis nam a nobis egreditur foras ?

Trochaici Octonarii ,& Senarii mixti ,& Dimeter unus .

CHREMES CLITIPHO . SYRVS.

Vid istuc qso ? q istic mos ē Clitiphos ita ne fieri optet CI.  
q Quid ego feci ? CHRE. uidin ego te modo manum in si  
num huic meretrici  
Inserere ? S. acta hæc res ē ,perii .Cl. me ne ? Ch. hisce oculis ,ne nega  
Facis adeo indigne iniuriam illi ,qui nō abstineas manum .  
Nam istæ quidē cōtumelia est ,hominē amicum recipere  
Ad te ,atq; eius amicam subagitare ,uel heri in conuiuo  
Quam immodestus fuisti ? SY. factū .CH. q; molestus ut equi  
dem ( ita me dii ament )  
Metui quid futurum deniq; esset ,noui ego amantiū  
Animos ,aduortūt grauiter quæ nō censeas .CL. at mihi fides  
Apud hunc est ,nihil me istius facturum pater .CH.  
Esto ,at certe concedas aliquo ab eorum ore aliquantis per .  
Multæ fert libido ,ea prohibet facere tua præsentia ,ego de me  
Facio conjecturam ,nemo est meorū amicorū hodie ,apud  
Quem expromere omnia mea occulta Clitiphos audeam .

ACTVS TER TIVS

Fo. XLIX

Apud aliū prohibit dignitas ,apud aliū ipsius facti piget .  
Ne ineptus ,ne proterius uidear ,quod illū facere credito .  
Sed nīm est intelligere utcūq; ,atq; ubiq; opus sit obseq .SY .  
Quid istic narrat : Cli .perii .SY. Clitipho ,hæc ego præcipio tibi ,  
Hominis frugi & téperatis functus officiū .Cli .tace sodes .SY .  
Recte sane .Ch .Syre pudet me .SY. credo ,neq; id iniuria .  
Quin mihi molestūst .Cli .pergin hercle .SY. uerū dico qd uidef .  
Nōne accedā ad illos ? Ch .echo qso una accedūdi uia ē .SY. (CI .  
Actumst ,hic prius se indicarit q; ego argentū effero ,Chreme ,  
Vin tu hoī stulto mihi auscultare ? Ch .quid faciā ? SY. iube hūc  
Abire hic aliquo .Cl .quo ego hīc abeā ? S .quo lubet ,da ill' locū  
Abi deambulatū .Cli .deambulatū ,quo ? SY. uah ,qsi desit locus .  
Abi sane istac istorum ,quo uis .CH .recte dicit ,censeo .Clit .  
Dii te eradicēt Syre ,q; me istinc extrudis .SY. At tu pol tibi istas  
Posthac comprimito manus .

Censen uero ? quid illum porro credis facturum Chreme ?  
Nisi eum quantū dī dant tibi opis seruas ,castigas ,mones .Ch .  
Ego istuc curabo .SY. at q; nūc here hic tibi adseruādus est .Ch .  
Fiet .SY. si sapias ,nā mihi iā minus minusq; obtēperat .CH .  
Quid tu secundū de illo quod dudū tecū egi egisti Syre ? aut  
Repperisti tibi quod placeat ,an nondū etiā ? SY. De fallacia  
Dicis hem inueni nuper quādā .Ch .frugi es ,cedo qd id est ? SY .  
Dicā ,uerū ut alid ex alio icidit .Ch .qd nā Syre ? SY. pessima hæc  
Est meretrix .CH .ita uidetur .SY .immo si scias ,  
Vah ,uideo qd incepit facinus ,fuit quædā anus Corinthia  
Hic ,huic drachmarū hæc argenti mille dederat mutuū .CH .  
Quid tum ? SY .ea mortuaſt ,reliquit filiā adulescentulā .  
Ea reliſta huic aſſaboni est pro illo argento .CH .intelligo .SY .  
Hanc ſecū huc adduxit ,ea quæ est nunc ad uxorē tuā .CH .  
Quid tum ? SY . Clinia orat ſibi uti nunc det illam ,illi tamen  
Post datū mille numū poſcit .CH .& poſcit quidē ? SY . hui  
Dubiū ne id est ? CH .ego ſic putau qd nūc facere cogitas ? SY .

EAYTON TIMPOY MENOY

Ego ne ē ad Menedemū ibo ,dicā hanc esse captā e Caria ;  
Ditem ,& nobilē ,si redimat magnū inesse in ea lucrū .CH.  
Erras .Sy. quid ita ē Ch. pro Menedemo nūc tibi ego respondeo,  
Non emo ,quid ais ē Sy. optata loquere .Ch. atq̄ nō opus est .Sy.  
Nō opus est ē Ch. nō hercle uero .Sy. quid istuc ,miror ? Ch. iā scies ,  
Mane mane ,quid est quod tā a nobis grauiter crepuere fores ē

Tetrametri ,Septenarii ,& Senarii mixti .

SOSTRATA.CHREMES.NVTRIX.SYRVS.

ACTVS QVARTVS.

Ifi me anim⁹ fallit ,hic pfecto est anul⁹ ,quē ego suspicor  
Is qui cum expolita est gnata .CHRE. quid uult sibi  
Syre hēc oratio ē S O .  
Quid est ē is nē tibi uideſ ē Nu. dixi eq̄dē ubi mihi offēdisti illico  
Eū esse .S O. at ut satis cōtēplata mō ſis mea nutrix .Nu. satis .S O.  
Abi iam nunc intro ,atq̄ illa ſi iam lauerit mihi nuricia .  
Hic ego uirū interea operibor .Sy. te uult ,uideas quid uelit .  
Nescio qd̄ tristis est ,nō temerest ,metuo qd̄ ſiet .Ch. quid ſiet ē  
Ne iſta hercle magno iam conatu magnas nugas dixerit .S O.  
Ehem mi uir .CHRE. ehem mea uxor .S O. teipſum quāro .  
CHRE. loquere quid uelis .S O.  
Primū hoc te oro ,nē quid credas me aduersum edictum tuū  
Facere eſſe ausā .Ch. uin me iſtuc tibi ( et ſi icredibile eſt ) credere ē  
Credo .Sy. nescio quid peccati portet hēc purgatio .S O.  
Meministi me eſſe grauidā ,& mihi maxiopere interminatū ,  
Si puellam pārerēm nolle tolli ē CH. ſcio quid feceris .  
Sustulisti .Sy. ſic eſt factū dñā ergo herus dāno auctus eſt .S O.  
Minime ,ſed hic erat anus Corinthia haud impura ,ei dedi  
Exponendā .Ch. o Iupiter tantā inesse animo inſcritiam ē S O.  
Perii ,quid ego feci ; Ch. rogitas ē S O. ſi peccaui mi Chreme ,

ACTVS QVARTVS

Fo. L

Inſciens feci .Ch. id e quidē ego ( etiam ſi tu neges ) certo ſcio .  
Te inſcientem ,atq̄ imprudentem dicere ac facere omnia .  
Tot peccata in hac re oſtendis ,nam iam primū ſi meum  
Imperium exequi uoluifles ,interemptam oportuit  
Non simulare mortem uerbis ,re ipſa ſpem uitæ dare .  
At id omitto ,misericordia ,animus maternus ,ſino .  
Quā bene uero abs te perſpectum eſt ,quid uoluisti ? cogita .  
Nempe anui illi prodita abs te filia eſt planiſſime ,  
Per te uel uti quārum faceret ,uel uti ueniret palam .  
Credo id cogitaſti ,quid uis ē ſatis eſt dum uiuat modo .  
Quid cū illis agas ? qui neq̄ ius ,neq̄ bonū atq̄ aequum ſciunt .  
Meliuſ ,peiuſ ,proſit ,obſit ,nihiſ uident ,niſi quod lubet ? S O .  
Mi Chreme peccaui fateor ,uincor ,nunc te obſecro ,  
Quanto tuuſ eſt animuſ natu grauior ,ignoſcentior ,  
Ut mea ſtultiæ iuſtitia tua ſit aliquid præſidii .CH .  
Scilicet equidem iſtuc factum ignoſcam ,uerum Soſtrata  
Male docet te mea facilitas multa ,ſed iſtuc quid eſt  
Qua hoc ocecp̄tūſ cauſa ? loq̄re .S O. ut ſtulti & miſerā ſu-  
Religioſae ,cū exponendā do illi ,de digito anulum  
Detraho ,& eum dico ut uia cum puella exponeret  
Si morereſ ne expers partis eſſet de noſtris bonis .CH .  
Iſtuc reſte conueruasti te atq̄ illā .S O. hic iſ eſt anulus .CH .  
Vñ habes ? So. quā bacchis ſecū adduxit aduēſcētulā .Sy. hē .C.  
Quid ea narrat ? S O. ea lauatū dum it ,ſeruandū mihi dedit  
Anulum ,non aduorti primo ,ſed poſtq̄ alpexi ,illico  
Cognoui ,ad te exilui .Ch. quid nunc ſuſpicare aut inueniſ  
De illa ? So. nescio ,niſi ut ex ipſa quāras unde hunc habuerit  
Si potiſ reperiſi .Sy. interii ,plus ſpe iuideo q̄ uolo ,  
Noſtra eſt ,ſi ita eſt .Ch. uiuit ne illa cui tu dederas .So. nescio .C.  
Quid renunciavit olim feciſſe ? S O. id quod iuſſeram .CH .  
Noīma mulieris cedo quod ſit ,ut quāratur .S O. Philttere .Sy.  
Ipsa eſt ,mirum tñ illa ſalua eſt ,& ego perii .CH. Soſtrata .  
Sequere me intro hac .So. ut præter ſpem euuenit ,q̄ timui male ,

EATON TIMPOYMENTOR

Ne nunc animo ita essem duro, ut olim intollenda Chreme. Ch.  
NON LI CET HOMINÉ esse saepe ita ut uult, si res nō finit,  
Nunc ita tempus est mihi, ut cupiam filiam, olim nihil minus.

OCTONARIJ IAMBICI.

SYRVS.

Si me anim⁹ fallit, haud multū a me aberit infortuniū.  
Ita hac re in angustū oppido nūc cogunt copiae meæ,  
Nisi aliqd uideo, ne esse amicā hāc gnati felsilcat senex.  
Nam quod sperem de argento, aut posse postulem me fallere,  
Nihil est triumpho, si licet me latere tecto, abscedere.  
Crucior bolum tantū mihi eruptū tam subito e fauibus.  
Quid agā? aut qd cōminiscar? ratio de integro ineundast mihi.  
NIHIL T A M difficile, quin quæredō inuestigari possiet.  
Quid si hoc sic incipia nūc & nihil est, quid si sic statundē egere,  
Ac si opinor, nō potest, imo optime, euge optimam habeo.  
Retrahā hercle opinor ad me illud idē fugitiū argentiū tamē.

TETRAMETRI TROCHAICI, & IAMBICI, & EX HIS CATALECTICI,  
QUIDAM TRIMETRI, SEU SEPTENARIJ.

CLINIA. SYRVS.

Villa mihi res posthac potest iam interuenire tanta  
Quæ mihi ægritudinē afferat, tāta hāc lētitia oborta ē.  
Dedo patri me nunc, iam ut frugalior sim q[uod] uult. Sy.  
Nihil me fefellit, cognita est quantū audio huius uerba.  
Istuc tibi ex sententia tua obtigisse lator. CLIN.  
O mi Syre audistin obsecro? Sy. qd ni? q[uod] usq[uod] una affuerim? Cli.  
Cui æque audisti cōmodius quicq[uod] euenisse? Sy. nulli. Clin.  
Atq[uod] ita me Dii ament, ut ego nūc nō tam meapte causa.  
Lator q[uod] illius, quā ego scio esse honore quoouis dignam. Sy.  
Ita credo, sed nunc Clinia age, da te mihi uicissim,

ACTVS QVARTVS

Fo. LI

Nam amici quoq[ue] res est uidenda, in tuto ut collocetur,  
Ne quid de amica nunc senex. Clin. o Jupiter. Sy. quiesce. Clin.  
Antiphila mea nubet mihi. Sy. siccine mihi interloquere? Clin.  
Quid faciā Syre mi? gaudeo fer me. Sy. fero hercle uero. Clin.  
Deoru uitā adepti sum⁹. Sy. frustra operā opinor hāc sumo. Cli.  
Loquere audio. SY. at iam hoc non ages. CLIN. agam. Sy.

uidendum est inquam,

Amici quoq[ue] res Clinia tui in tuto ut collocetur,  
Nam si nunc a nobis abis, & Bacchidem hic relinquis,  
Noster resciscet illico esse amicam hanc Clitiphonis.  
Si abduxeris celabitur itidem, ut celata adhuc est. CLIN.  
At enim istoc nihil est magis Syre meis nuptiis aduoisum.  
Nā quo ore appellabo patrētenes quid dicā? Sy. quid ni? Clin.  
Quid dicam? quā causam afferam? Sy. quin nolo mentiare,  
Aperte ita ut res se le habet narrato. Clin. quid ais? Sy. iubeo,  
Illam te amare, & uelle uxorē hanc esse Clitiphonis. Clin.  
Bonam atq[ue] iustum rem oppido imperas, & factu facilem.  
Et scilicet iam me hoc uoles patrem exorare, ut celet

Senē uostrū. Sy. immo ut recta uia rem narret ordine. Cli. hem.  
Satin sanus es, & sobrius? tu quidam illum prodis plane.

Nam qui ille poterit esse in tuto, dic mihi? Sy.  
Huic equidem consilio palmam do, hic me magnifice effero,  
Qui uim tantam in me, & potestatem habeam tantæ astutiae  
Vera dicendo, ut eos ambos fallam, ut cum narret senex.

Vester nostro, istam esse amicā Gnatī, nō credat tamen. Clin.  
At enim spem istoc pacto rursum nuptiarū omnē eripis.

Nam dum amicā hanc meā esse credet, non cōmittet filiam.  
Tu fortasse quid me fiat paruipendis, dum illi cōfulas. SY.

Quid? malū me tandem cenles uelle id assimularier?

Vnus est dies, duim argentum eripio, pax, nihil amplius. Clin.  
Tantum sat habes? quid tum quāso si hoc pater rescuerit? Sy.

Quid si redeo ad illos qui aiūt, QVID si nūc cœlū ruat? Cli.

Metuo quid agam. Sy. metuis? quasi nō ea potestas sit tua.

n iii

EAYTON TIMOPOMENOR

Quo uelis in tempore ut te exolias , rem facias palam . CLIN .  
Age age , traducatur Bacchis . S Y . optime ipsa exit foras .

Tetrametri . Trochaici , partim Catalectic i , nonnulli Lambici .

BACCHIS . CLINIA . SYRVS . DROMO . PHRYGIA .

Atis pol proterue me Syri promissa huc induxerunt .  
s Decē minas , quas mihi dare pollicit⁹ est . qd si is nūc me  
Deceperit , sāpe obsecrās me , ut ueniā , frustra ut ueniet .  
Aut cum uenturam dixero & constituero , cum is certe  
Renunciarit , Clitipho cum spe pendebit animi ,  
Decipiam , ac non ueniā , Syrus mihi tergo pœnas pendet . Clin .  
Satis scite promittit tibi . Sy . atqui tu hanc iocari credis ?  
Faciet nisi caueo . B A . dormiunt , ego pol istos cōmouebo .  
Mea Phrygia audīst̄ in modo , hō iste quā uillam demonstrauit  
Charini ⁊ P H . audiui . B A C . proximam esse huic fundo ad  
dextram . P H . memini . B A C .  
Curriculo percurre , apud eum miles Dionysia agitat . Sy .  
Quid incepitat Ba . dic me hic oppido esse inuitā , atq; seruari ,  
Verum aliquo pacto uerba his me daturā esse , & uenturā . S y .  
Perii hercle , Bacchis mane mane , quo mittis istanc quæso ?  
Iube maneat . B A C . abi . Sy . quin est paratum argentum . Ba .  
quin ego maneo . Sy .  
Atq; ia dabif . Ba . ut lubet , nū ego instos ? Sy . at scin qd fodes ? Ba .  
Quid ? Sy . transundū est nūc tibi ad Menedemū , & tua pompa  
Eo traducēda est . Ba . quā rē agis ? scelus . Sy . egon ? argētū cudo  
Qd tibi dē . Ba . dignā me putas quā illudas ? Sy . nō est temere . Ba .  
Etia ne tecū hic res mihi est ? Sy . minime , tuum tibi reddo . Ba .  
Eatur , Sy . sequere hac heus Dromo . D R O . quis me uult . Sy .  
Syrus . D R O . quid est rei ? Sy .  
Ancillas omnis Bacchidis traduce huc ad uos propere . D R O .  
Quam ob rem ? Sy . ne quæras , & ferat quæ secū huc attulerunt .

ACTVS QVART VS

Fo. LII  
Sperabit sumptum sibi senex leuatum esse harum abitu .  
Næ haud ille scit hoc paulum lucri , quantum ei  
Dāni apportet , tu nescis qd scis dromo , si sapies . D . mutuū dices

Lambici Senarii .

CHREMES . SYRVS .

Ta me dii amabunt , ut nunc Menedemi uicem  
i Miseret me , tantum deuenisse ad eum mali .  
Illancine malierem alere cum illa familia ?  
Et si scio hosce aliquot dies non sentiet ,  
( Ita magno desyderio fuit ei filius )  
Verum ubi uidebit tantos sibi sumptus domi  
Cotidianos fieri , nec fieri modum ,  
Optabit rursum ut abeat ab se filius .  
Syru optimē eccum . Sy . cesso hunc adoriri ? Ch . Syre . Sy . hē . Ch .  
Quid est ? Sy . te mihi ipsum iam dudū exoptabā dari . C H .  
Videre egisse iam nescio quid cum sene . Sy .  
De illo quod dudum ? dictum ac factum reddidi . C H .  
Bonan fide ? Sy . bona hercle . C H . non possum pati  
Quin tibi caput demulceam , accede huc Syre .  
Faciam boni tibi aliquid pro ista re ac lubens . Sy .  
At si scias qd scite in mentem uenerit . C H .  
Vah , gloriare euenisce ex lententia ? Sy .  
Non hercle , uero uerum dico . C H . dic quid est . Sy .  
Tui Clitiphonis esse amicam hanc Bacchidem  
Menedemo dixit Clinia , & ea gratia  
Secum adduxisse , ne tu id persentisceres . C H .  
Probe . Sy . dic fodes . Ch . nimium inquā . Sy . immo sic satis .  
Sed porro ausculta quod superest fallaciæ .  
Se se ipse dicet tuam uidisse filiam .  
Eius sibi complacitam formam , postq; aspicerit ,  
Hanc se cupere uxorē . C H . modon quæ inuenta est ? Sy .  
Eam & quidem iubebit posci . Ch . quam ob rem istuc Syre ?  
Nam prorsus nihil intelligo . Sy . uah , tardus es . C H .

EAYTON TIMOPOMENOR

Fortasse . S Y . argentum dabitur ei ad nuptias ,  
 Aurum , atq; uestem , qui , tenes ne & CH . cōparet & S Y .  
 Idipsum . CH . at illi ego neq; do , nec spondeo . S Y .  
 Nō , quā ob rē Ch . quā ob rē me rogast hoi fugitiuo & Sy . ut laltet .  
 Non ego perpetuo dicebam , ut illam illi dares ,  
 Verum ut simulares . CH . non mēas simulatio ,  
 Ita tu istac tua misceto ne me admisceas ,  
 Ego cui daturus non sim ut ei desponeam & Sy .  
 Credebam . CH . minime . Sy . scite poterat fieri .  
 Et ego hoc , quia dudum tantopere iusseras .  
 Eo cœpi . CH . credo . Sy . cāterū equidem istuc Chreme  
 AE Q VI , boniq; facio . CH . at qui tum maxime  
 Volo te dare operam ut fiat uerum alia uia . Sy .  
 Fiat , queratur aliud , sed illud quod tibi .  
 Dixi de argento , quod ista debet Bacchidi ,  
 Id nunc reddendum est illi , neq; tu scilicet  
 Illuc confugies , quid mea & num mihi datumst ?  
 Num iussi & num illa oppignorare filiam  
 Meam me inuito potuit & Sy . uerum illud Chreme  
 Dicūt , I V S S V M M V M S A E P E summa malicia est . Ch .  
 Haud faciam . Sy . immo alis si licet , tibi non licet .  
 Omnes te in lauta & bene acta parte putant . CH .  
 Quin egomet iam ad eam deferam . Sy . immo filium  
 Iube potius . CH . qua ob rē & Sy . quia enim in eum suspirost  
 Translata amoris . CH . quid tum & Sy . quia uidebitur  
 Magis uerisimile id esse , cum hic illi dabit ,  
 Et simul facilius conficiam ego quod uolo .  
 Ipse adeo adest , abi , effe argentum . CH . effero .

Trimetri Iambici . CLITIPHO . SYRVS .

VLLA EST TAM facilis res quin difficilis fiet ,

ACTVS QVARTVS

Fo. LIII

Quam inuitus facias , uel me hæc deambulatio ,  
 Quam non laboriosa ad languorem dedit .  
 Nec quicq; magis nunc metuo , q; ne denuo  
 Miser aliquo extrudar hinc , ne accedam ad Bacchidem .  
 Ut te omnes equidem Dii , Deaq; quantum est Syre  
 Cum istoc inuento , cung; incepto perduint .  
 Huiusmodi mihi res semper comminiscere ,  
 Vbi me excarnifexes . S Y . I tu hinc quo dignus es ,  
 Quam pene tua me perdidit proteruitas . CLIT .  
 Vellem hercle factum , ita meritus . S Y . meritus & quo modo ?  
 Ne me istuc ex te prius audiuisse gaudeo ,  
 Quam argentum haberet , quod daturus iam fui . CLIT .  
 Quid igitur tibi uis dicam ? abiusti istinc , mihi  
 Amicam adduxti , quam non liceat tangere . S Y .  
 Iam non sum iratus , sed scin ubi nunc sit tibi  
 Tua Bacchis ? Clit . apud nos . Sy . nō . Cli . ubi igis & Sy . apud Clini  
 Perii . Sy . bono animo es , iā argentū ad eā deferes , cam . Cli .  
 Quod ei pollicitus . Clit . garris , unde id & Sy . a tuo patre . Clit .  
 Ludis fortasse me . S Y . ipsa re experibere . CLIT .  
 Nā ego fortunatus homo sum , deamo te Syre . Sy .  
 Qua causa id fiat obsecundato in loco ,  
 Sed pater egreditur , caue quicq; admiratus sies ,  
 Quod imperabit facito , loquitor paucula .

Trimetri omnes . CHREMES . SYRVS . CLITIPHO .

Bi Clitiphō nūc ē & Sy . eccū me inq . Ch . eccū hic tibi . Cl .  
 u Quid rei effet , dixitn huic & S Y . dixi pleraq; oia . CH .  
 Cape hoc argentū , ac defer . S Y . hei quid stas lapiss  
 Quin accipis & Clit . cedo sane . Sy . sequere hac me ocyus ,  
 Tu hic nos dum eximus interea oppribere .  
 Nam nihil est illic quod moremur diutius . CH .  
 Minas quidem iam decem habet a me filia ,

EATON TIMOPOTY MENOR

Quas pro alimentis esse nunc ducō datas.  
Hæc ornamentiſ consequentur alteræ.  
Porro hæc talenta dottiſ appoſcent duo.  
QVAM MVLTA INIVSTA ac praua ſiunt morib⁹:  
Mihi nunc reliquiſ omnib⁹ inueniendus eſt  
Aliquis, labore inuita mea cui dem bona.

Trimetri omnes.

MENEDEMVS CHREMES.

Vito omnium nunc me fortunatissimum  
Factum puto eſſe gnate cum te intelligo  
Resipiffe. Ch. ut errat. M E. te ipm quæreb⁹ Chreme,  
Serua, quod in te eſt filium, & me & familiam. CH.  
Cedo, quid uis faciam & M E. inueniſti hodie filiam? CH.  
Quid tam? M E. hanc ſibi dari uult uxorem Clinia. CH.  
Quæſo quid hominis eſt M E. quid eſt. CH. iam ne oblitus eſt  
Inter nos quid ſit dictum de fallacia,  
Ut ea via abs te argento auferretur? M E. ſcio. CH.  
Ea res nunc agitur ipſa. M E. Quid dixi Chreme? CH.  
Erravi, ſic res acta eſt. M E. quanta ſpe decidi? CH.  
Et quidem hæc quæ apud te eſt, Clitiphonis eſt  
Amica. M E. ita aiunt. CH. & tu credis? M E. omnia. CH.  
Et illum aiunt uelle uxorem, ut eum despoñerim  
Des qui aurū, ac uestē, atq; alia quæ opus ſunt cōparet. M E.  
Id eſt profecto, id amicæ dabitur. CH. ſcilicet  
Daturum. M E. uah fruſtra igitur gauſius miser.  
Quid uis tamen iam malo, quam hunc amittere.  
Quid nunc renunciem abs te reſponſum Chreme?  
Ne ſentiat me ſenſiſſe atq; a greferat? CH.  
Aegre? nimium illi Menedeme indulges. M E. ſine,  
Incepimus, perſice hoc mihi perpetuo Chreme. CH.

ACTVS QVINTVS

Fo. LIII

Dic conueniſſe, egiſſe te de nuptiis. M E.  
Dicam, quid deinde? CH. me factum eſſe omnia,  
Generum placere, poſtremo etiam ſi uoles,  
Desponsam quoq; eſſe dicio. M E. hem iſtuc uolueram. CH.  
Tanto ocyus te ut poſcat, & tu id quod cupis  
Quam ocyſſime ut des. M E. cupio. CH. nā, tu propediem  
Scio (ut iſtam rem uideo) iſtius oblatuſabere,  
Sed hæc ita ut ſunt, cautiſ & paulatim dabis  
Si ſapiens. M E. faciam. CH. abi intro, uide quid poſtulent.  
Ego domi ero ſi quid me uoles. M E. ſane uolo.  
Nam te ſciente faciam quicquid egero.

Septenarii, partim Senarii Iambici.

MENEDEMVS. CHREMES.

ACTVS. QVINTVS.

Go me nō tā aſtutū, neq; ita perſpicacē eſſe id certo ſcio,  
Sed hic adiutor me⁹, & monitor, & prämoſtrator Chre  
Hoc mihi prästat, i me qd uis harū rerū cōuenit, (mes,  
Quæ ſunt dicta in ſtultum, caudex, ſtipes, aſinus, plumbeus,  
In illum nil potest, nā exuperat eius ſtultitia hæc omnia. CH.  
Ohe, iam deſine deos uxor gratulando obtundere,  
Tuam eſſe inuentā gnatam, niſi illos ex tuo ingenio iudicas,  
Ut nihil credas intelligere, niſi idem dictum eſt centies.  
Sed quid interim illiſ iamdudū gratus eſſat cū Syro? M E.  
Quos aī hoīes Chremes ceſſare? Ch. ehē Menedeme adueniſſ?  
Dic mihi, Cliniae quæ dixi nunciauiſtin? M E. omnia. CH.  
Quid ait? Me. gaudere adeo occipit, qſi q cupiūt nuptias. Ch.  
Ah, ah, hæ. Me. quid riſiſti? Ch. ſerui uenere in mentē Syri  
Calliditates. Me. ita ne? Ch. uultus quoq; hoīm ſingit ſcel⁹. Me.  
Gnatus qd ſe affiſſulat, latū id dicis? Ch. id. Me. idē iſtuc mihi

E A Y T O N T I M O R O Y M E N O R

Venit in mentē. Ch. ueterator. Me. magis si magis noris, putes  
Ita rem esse. CH. ain tu ē M E. quin tu ausculta. CH. mane  
hoc prius scire expeto.  
Quid perdideras, nam ubi despōsam nunciasti filio,  
Continuo inieciſſe uerba tibi Dromonem, scilicet  
Sponsa uestem, aurū, ancillas, opus esse argentū ut dares. M E.  
Non. CH. quid non ē M E. nō inquam. CH. neq; ipse natus?  
M E. nihil prorsus Chreme.  
Magis unū etiam instare ut hodie conficerentur nuptiae. CH.  
Mira narras, quid Syrus meus? ne is quidē quicq; Me. nihil. Ch.  
Quā ob rē? Me. nescio equidē, sed te miro, q; alia tā plane scias.  
Sed ille tuus quoq; Syrus idem mire fixit filium.  
Ut ne paululū quidē subolat amicam esse hanc Cliniae. CH.  
Quid aī? Me. mitto iā osculari atq; amplexari, id nihil puto. CH.  
Quid est, qd ampli⁹ ſimileſ ē Me. uah. Ch. qd est ē Me. audi modo  
Est mihi in ultimis conclaue ædibus quoddam retro,  
Huc est intro latus lectus, uestimentis stratus est. CH.  
Quid postq; hoc ē factū. Me. dictū factū, huc abiit Clitiphō. CH.  
Solus ē Me. solus. Ch. timeo. Me. Bacchis consecutast illico. Ch.  
Sola? Me. sola. Ch. perii. Me. ubi abiere itro, operuere hostiū. Ch.  
Clinia hæc fieri uidebat? Me. qd ni? mecum una ſimul. Ch. chem,  
Filii amica est Bacchis Menedeme, occidi. M E.  
Quam ob rem? CH. decem dierum uix mihi est familia. Me.  
Quid iſtuc times? quod illē operam amico dat suo. CH.  
Immo amicæ. M E. si dat, CH. an dubium id tibi est?  
Quenq; ne animo tam communi esse aut leni putas,  
Qui ſe uidente amicam patiatur ſuam? M E. ah ah hæ,  
Quid nī, quo uerba facilius dentur mihi? CH.  
Derides? merito mihi nunc ego succenseo.  
Quot res dedere, ubi possem perſentiscere,  
Ni eſſem lapis, quæ uidi? ux̄ misero mihi, an ne illud haud.  
Inultū (ſi uiuo) ferēt, nā iam. Me. nō tu te cohibes? nō te respicis?  
Non tibi exempli ſatis ſum? CH. præ iracundia

A C T V S Q V I N T V S

Fo. LV

Menedeme, non ſum apud me. M E. te ne iſtuc loqui?  
NON NE ID F L A G I T I V M S T te aliis cōſiliū dare,  
Foris ſapere, tibi non poſſe auxiliarier? CH.  
Quid faciam? M E. id quod non feciſſe aiebas parum,  
Fac te eſſe patrem ſentiat, fac ut audeat  
Tibi credere omnia, abſ te petere, & poſcere,  
Ne quam aliam querat copiam, ac te deſerat. CH.  
Immo abeat potius multo quo uis gentium,  
Quam hic per flagitium, ad inopiam redigat patrem.  
Nam ſi illi pergam ſuppeditare ſumptibus  
Menedeme, mihi illæc uere ad rastros res redit. M E.  
Quot incommoda tibi in hac re capies? niſi caues?  
Difficilem oſtendis te eſſe, & ignoſces tamen  
Post, & id erit ingratū. Ch. ah nescis q; doleam. M E. ut lubet.  
Quid hoc quod uolo, ut illa nubat noſtro, niſi quid eſt  
Quod mauis? C H. immo & gener, & affines placent. M E.  
Quid dotis dicam te dixiſſe filio?  
Quid obticiuisti? Ch. dotis. Me. ita dico. Ch. ah. Me. Chreme,  
Ne quid uereare, ſi minus nihil dos nos mouet. CH.  
Duo talenta pro re noſtra ego eſſe decreui ſatis.  
Sed ita diſtu opus eſt, ſi me uis ſaluum eſſe, & rem & filium  
Me mea omnia bona doti dixiſſe illi. Me. Quā rem agis? Ch.  
Id mirari te ſimulato, & illum rogitato ſimul,  
Quā ob rē id faciā. M. qn ego uero quā ob rē id facias nescio. C.  
Ego nē? ut eius animum, qui nunc luxuria & laſciuia  
Diffliuit, retundam redigam, ut quo ſe uortat neſciat. M E.  
Quid agis? CH. mitte, ac ſine me in hac re gerere mihi mo-  
rem. M E. ſino.  
Ita ne uis? Ch. ita. Me. fiat. Ch. age iā ut uxore accersat, paret  
Hic ita ut liberos eſt æquum, dictis conſutabitur.  
Sed Syrū. Me. quid eū? Ch. ego ſi uiuo adeo exornatū dabo,  
Adeo depexum, uſq; dum uiuat, meminerit ſemper mei.  
Qui ſibi me pro ridiculo, ac delectamento putat.

## EATTON TIMOPOMENOR

Nō ita me di amēt auderet hæc facere uiduę mīeri, q̄ i me fecit  
Iambici, Trimetri, Tetrametri, pauci Trochaici admixti.

## CLITIPHO. MENEDEMVS. CHREMES. SYRVS.

Ta ne tandem quæso est Menedeme, ut pater?

i Tam in breui spacio omnē deiecerit animū patris?  
Qd nā ob facinus qd ego tantū sceleris admisi miser?

Vulgo faciunt. Me. scio tibi esse hoc grauius multo ac durius  
Cui fit, uerum ego haud minus ægre patior id, qui nescio,  
Nec rationē capio, nisi quod tibi bene ex animo uolo. Clit.  
Hic patrē astare aiebas? M. eccū. Ch. quid me incusas Clitipho?  
Quicquid ego huius feci, tibi prospexi, & stultitiae tuæ.

Vbi te uidi animo esse omisso, & stuua in præsentia,  
Quæ essent prima habere, neq; consulere in longitudinem.  
Cœpi rationē, ut neq; tu egeres, neq; ut hæc posses perdere.  
Vbi cui decui, primo tibi non licuit per te mihi dare,  
Abii ad proximos, tibi qui erant eis commissi & credidi.  
Ibi tuæ stultitiae semper erit præsidium Clitipho.

Victus, uestitus, quo in testū te receptes. Clit. hei mihi. CH.  
Satius est, q̄ te ipso hærede hæc possidere Bacchidem, SY.  
Disperii, scelestus, quantas turbas concui insciens? CLIT.  
EMORI CVPIO. CH. prius quæso disce quid sit uiuere,

Vbi scies, si displicebit uita, tum istoc utitor. SY.

Here licet ne? CH. loquere. SY. at tuto. CH. loquere. SY.  
quæ istaſt prauitas,  
Quæ ueramētia est, qd peccauit ego id obesse huic? CH. illicit  
Ne te admisces, nemo accusat Syre te, nec tu aram tibi  
Neq; p̄catorē pararis. SY. quid agis? Ch. nihil succēſeo nec tibi  
Nec huic, nec uos, est æquum quod facio mihi. SY.  
Abiit, ac rogasſe uelle. Clit. quid? SY. unde mihi peterē cibū,  
Ita nos abalienauit, tibi iam esse ad sororem intelligo. Clit.

## ACTVS QVINTVS

Fo. LVI

Adeon rem reddisse, ut periculū etiam fame mihi sit Syre. Sy.  
Mō liceat uiuere, ē spes. Clit. quæ? Sy. nos exurituros satis. Clit.  
Irides in re tanta, neq; me quicq; consilio adiuuas? Sy.  
Immo & ibi nūc sum, & usq; dūdū id egi, dū loquiſ pater.  
Et q̄tū ego intelligere possum. Clit. qd? Sy. nō aberit lōgius. Cli.  
Quid id ergo? Sy. sic ē, nō esse te horū arbitror. Cl. qd istuc syre?  
Satin sanus es? Sy. ego dicā quod est mihi in mētē, tu dijudica.  
Dum istis fuisti solus, dum nulla alia delectatio.

Quæ propior effet te, indulgebant, tibi dabant, nunc filia  
Postq; est inuēta uera, inuēta est cāusa qua te expellerēt. Clit.  
Est uerisimile. Sy. antu ob p̄ctm hoc esse illū iratū putas. Clit.  
Nō arbitror. Sy. nūc aliud specta, MATRES omnes filiis  
In peccato adiutrices, auxilio in paterna iniuria.  
Solent esse, id nō fit. Cli. uera dicis, qd ergo nūc faciā Syre? Sy.  
Suspitionē istam ex illis quārē, rem profer palam.  
Si non est uerum, ad misericordiam ambos adduces cito,  
Aut scibis cuius sis. CLIT. recte suades, faciam. Sy.

Sat recte hoc mihi nūc in mentem uenit,  
Nanq; adulescens q̄ in minima spe situs erit, tam.  
Facilime patris in leges conficiet suas.  
Etiam haud scio an ne uxorem ducat, ac Syro nil gratiæ.  
Quid hoc aut̄ est? senex exit foras, ego fugio, adhuc qd factūst:  
Miror nō iussisse illico arripi me, hinc nūc ad Menedemū  
Pergā, eū mihi precatorē paro. seni nostro fidei nihil habeo.

Eiusdem rationis, præter Dimetrū unum.

## SOSTRATA. CHREMES.

Rofecto nisi cauestu homo aliqd gnato cōficies mali,  
Idq; adeo miror, quo mō tā ineptū quicq; potuerit tibi.  
Venire in mētē mi uir. Ch. o perga mulier eē: ullā nē ego  
Rem unq; uolui, qn tu ī ea re mihi aduersatrix fueris Sostrata?  
At si rogatē ia qd est, qd peccē, aut quā ob rē hoc faciā nescias,

EAYTON TIMΩ POY MENOY

In qua re nūc tam cōfidenter restas stulta e S O. ego nescio. Ch.  
Immo scis potius q̄ qdē redeat ad integrū hāc eadē oratio .So.  
Oh iniquus es , qui me tacere dē re tanta postules . C H.  
Non postulo, iam loquere, nihilominus ego hoc facia tamē .So.  
Facies , Ch. ierū . So. nō uides quantū mali ex ea re excites?  
Subditū se suspicaf . Ch. subditū aī tu? So. certe inquā mi uir .Ch.  
Confitere tuū non esse .So. ah obsecro te , istuc inimicis siet,  
Egon confitear meum non esse filium , qui sit meus ? C H.  
Quid metuis? nonne cū uelis conuincas illū esse tuū ? SO.  
Quod filia est inuenta .Ch. non , sed quod magis credendū siet,  
Id quod est consimilis moribus ,  
Conuinces facile ex te natum , nam tui similis est probe.  
Nam illi nihil uitii est relictum , quin id itidem sit tibi.  
Tum præterea talem nisi tu nulla pareret filium ,  
Sed ipse egreditur , q̄ seuerus , rem cum uideas , censeas .

Eiusdem numeri.

CLITIPHO. SOSTRATA. CHREMES.

I unq̄ ullum fuit tempus mater , cum ego uoluptati tibi  
s Fuerim dictus filius tuus tua uoluntate , obsecro  
Eius ut memineris , atq̄ inopis nunc te miserescat mei ,  
Quod peto , & uolo parentes meos ut commonestres mihi .So.  
Obsecro mi gnate , ne istuc in animum inducas tuum ,  
Alienū esse te .C li. sum .So. miserā me , hoccine quæfisti obsecro?  
Ita mihi , atq̄ huic sis superstes , ut ex me atq̄ hoc natus es .  
Et caue posthac ( si me amas ) unq̄ istoc uerbū ex te audiam .Ch.  
At ego ( si me metuis ) mores caue in te esse istos sentiā . CLIT.  
Quos ? Ch. si scire uis ego dicam , gerro , iners , fraus , heluo ,  
Ganeō , damnosus , crede , & nostrum te esse credito . CLIT.  
Non sunt hāc iam paretis dicta . C H. non si ex capite sis meo  
Natus , itidem ut aiunt Mineruā esse ex Ioue , ea causa magis

ACTVS QVINTVS

Fo. LVII

Patiar Clitipho flagitiis tuis me infamem fieri .SO.  
Dii istac phibeāt .Ch. deos nescio , ego qd̄ potero enitar sedulo .  
Quæris id , quod habes , parentes , quod abest , nō quæris , patri  
Quomodo obsequare , & ut serues quod labore inuenerit .  
Non mihi per fallacias abducere ante oculos & pudet  
Dicere hac præsente uerbum turpe , at te illud nullo modo  
Facere piguit . Clit eheu q̄ ego , nunc totus displiceo mihi ,  
Quā pudet , neq̄ qd̄ principiū incipiā ad placandū scio .

Tetrametri , & Septenarii .

MENEDEMVS. CHREMES. CLITIPHO. SOSTRATA.

Nimuero Chremes nimis grauiter cruciat aduolescētulū  
e Nimisq̄ inhumane , exeo ergo ut pacē conciliē optime  
Ipsos uideo .Ch. ehem Menedeme cur nō accersi iubes  
Filiam , & quod dixi dōtis firmas ? SO . mi uir te obsecro  
Ne facias .Cl. pater obsecro mihi ignoscas .M. da ueniā Chreme  
Sine te exorē .Ch. egn mea bona ut dem Bacchidi dono & sciēs  
Nō faciā .Me. at id nos nō sinemus . Clit , si me uiuū uis pater ,  
Ignoscē .S. age Chremes . M. age q̄so , ne tā offirma te Chremes .  
Quid istic uide o nō licere ut coepera hoc pertedere . Me. (Ch.  
Facis ut te decet .CH. ea lege hoc adeo faciam , si faciat  
Quod ego hunc æquū censeo . Cli. pater oia faciā , impera .Ch.  
Vxorē ut ducas .Clit. pater .Ch. nihil audio .Me. ad me recipio ,  
Faciet .Ch. nihil etiā audio ipm .Cl. perij .S. an dubitas Clitiphoe  
Immo utrū uult .M. faciet oia .S. hec dū icipias grauiā sūt (Ch.  
Dumq̄ ignores , ubi cognoris facilia . Clit . faciā pater . SO .  
Gnate mi , ego pol tibi dabo puellā lepidā , quā tu facile ames ,  
Filiam Phanocratae nostri . Clit . rufam ne & illam virginem  
Cesiam , sparso ore , adunco naso & non possum pater . Ch.  
Eia ut elegans est , credas animū ibi esse . So. aliā dabo . Clit .  
Quid istic? quādoquidē ducēda ē , egomet habeo propemodū  
Quā uolo . So. nunc laudo gnate . Clit . Archonidis filiā . So .  
Perplacet .Cl. p̄ hoc nūc restat .Ch. qd̄ ? Cl. Syro ignoscas uolo .  
Quæ mea causa fecit .Ch. fiat , uos ualete , E T P L A V D I T E .

p

ADELPHORVM  
ACTA LVDIS FVNERA LIB.Q. FAB.MAX.  
P.CORNELIO AFRICANO.AED.CVR.  
EGERE.LATTILVS PRAEESTINVS  
MINVTIVS PROTIVS.MODOS FE  
CITFLACCVS CLAVD.TIBIIS SAR  
RANIS.FACTA GRAECA MENAN  
DRI.L.ANICIO.M.CORNE  
LIO COSS.

### FABVLAE INTER LOCVTORES.

Mitio senex.	Demea senex.
Sannio leno.	Aeschinus adulescens.
Syrus seruus.	Cthesipho adulescens.
Sofrata matrona.	Cantara nutrix.
Ceta seruus.	Hegio senex.
Dromo seruus.	

### G.S VLPICII APOLLINARIS PERIOCHA.

Senarii omnes.

VOS CV M haberet Demea adulescentulos,  
d Dat Mitioni fratri adoptandum Aeschinum,  
Sed Cthesiphonem retinet ,hunc Citharistriæ  
Lepore captum ,sub duro ac tristi patre  
Frater celabat Aeschinus ,famam rei ,  
Amorem in se transferebat ,deniq  
Fidicinam lenoni eripuit ,uitauerat  
Idem Aeschinus ciuem Atticam pauperculam ,  
Fidemq dederat ,hanc sibi uxorem fore .  
Demea iurgare ,& grauiter ferre ,mox tamen  
Vt ueritas patefacta est ,ducit Aeschinus  
Vitiatam ,potitur Cthesipho Citharistriam

### ACTVS PRIMVS

Eiusdem numeri.

### PROLOGVS.

Ostquam Poeta sensit scripturam suam  
P Ab iniquis obseruari ,& aduerfarios  
Rapere in peiore partem ,quam acturi sumus .  
Indicio de se ipse erit ,eritis uos iudices ,  
Laudin in uitio duci factum oporteat .  
Σωτηριοκοτες ΑΘΛΟΙ comedias .  
Eam commorantes Plautus fecit fabulam .  
In græca adulescens est ,qui lenoni eripuit  
Meretrice ,in prima fabula cum Plautus locum  
Reliquit integrum ,eum hic locum sumpsit sibi  
In Adelphos ,uerbum de uerbo expressum extulit .  
Eam nos acturi sumus nouam ,pernoscite ,  
Furtum ne factum existimetis ,an locum  
Reprehensum ,qui præteritus negligentiaſt .  
Nam quod isti dicunt maleuoli homines ,nobiles  
Eum adiutare ,affidueq una scribere ,  
Quod illi maledictum uehemens existimant .  
Eam laudem hic duxit maximam ,cum illis placet ,  
Qui uobis uniuersis ,& populo placent ,  
Quorum opera in bello ,in ocio ,in negocio ,  
Suo quisq tempore usus est sine superbia .  
Dehinc ne expectetis argumentum fabulæ ,  
Senes qui primi uenient ,hi partem aperient ,  
In agendo partem ostendent ,facite æquanimitas  
Poetae ad scribendum augeat industria .

Senarii omnes.

Fo. LVIII

p ii

ADELPHORVM  
ACTVS PRIMVS.

MITIO.

Torax non rediit hac nocte a cœna Aeschinus ?  
Neq; seruulorum quisquam qui aduorsum ierant ?  
Profecto hoc uere dicunt, si absis uspiam, aut  
Vbi si cesses, euenire ea satius est,  
Quæ in te uxor dicit, & quæ in animo cogitat  
Irata, q; illa, quæ parentes propitiis,  
Uxor si cesses, aut amare cogitat,  
Aut te amari, aut potare, aut animo obsequi,  
Tibi bene esse soli, cum sibi sit male.  
Ego quia non rediit filius, quæ cogito?  
Quibus nunc solicitor rebus? ne aut ille alserit,  
Aut uspiam ceciderit, aut perfregerit aliquid.  
Vah, quenquam ne hominem in animo instituere,  
Aut parare quod sit carius, q; ipse est sibi?  
Atqui ex me hic non natus est, sed ex fratre, is adeo  
Dissimili studio est, iam inde ab adolescentia,  
Ego hanc clementem uitam urbanam, atq; ocium  
Sequutus sum, Et Q V O D F O R T V N A T V M isti putat  
Uxorem nunquam habui, ille contra hæc omnia,  
Ruri agere uitam, semper parce, ac duriter  
Se habere, uxorem duxit, nati filii  
Duo sunt, inde ego hunc maiorem adoptavi mihi.  
Eduxi a parvulo, habui, amavi pro meo.  
In eo me oblesto, solum id est charum mihi.  
Ille ut idem contra me habeat facio sedulo.  
Do, permitto, non neceesse habeo omnia  
Pro meo iure agere, postremo alii clanculum  
Patre quæ faciunt, quæ fert adolescentia,  
Ea ne me celet, consuefecit filium.

ACTVS PRIMVS

Fo. LIX  
NAM Q VI MENTI R I aut fallere insueuerit patrē, aut  
Audebit, tanto magis audebit cæteros. *I. fallere*  
PVDORE, ET LIBERALITATE liberos  
Retinere satius esse credo quam metu.

Hæc fratri mecum non conueniunt, neq; placent.  
Venit sape ad me clamitans, quid agis Mitio?  
Cur perdis adolescentem nobis? cur amat?  
Cur potat? cur tu his rebus sumptus fuggeris?  
Vestitu nimio indulges, nimium ineptus es. *autem unde licet ea?*  
Nimium ipse durus est, præter æquum & bonum.  
ET ERRAT LONGE MEA QVIDEM sententia,  
Qui imperium credit grauius esse, aut stabilius  
Vi quod fit, q; illud quod amicitia adiungitur.  
Mea est sic ratio, & sic animum induco meum.  
MALOCOAC TVS qui suum officium facit,  
Dum id rescitum iri credit, tantisper cauet.  
Si sperat fore clam rursum ad ingenium reddit.  
Ille quem beneficio adiungas, ex animo facit,  
Studet par referre, præsens, absensq; idem erit.  
HOC PATRIVM EST, potius confuefacere filium,  
Sua sponte recte facere, q; alieno metu.  
Hoc pater, ac dominus interest, hoc qui nequit  
Fateatur se nescire imperare liberis.  
Sed est ne hic ipsus de quo agebam? & certe is est.  
Nescio quid tristem video, credo iam ( ut solet )  
Iurgabit, saluum te aduenire Demea ( Gaudemus ).  
Gaudemus præiungif in scansione subsequenti uersiculo.

Senarii.

DEMEA. MITIO.  
h Em oportune te ipsum querito. MI. *Adorni*  
Quid tristis es? DE. rogites me? ubi nobis Aeschinu<sup>s</sup>  
p iii

## ADELPHORVM

Siet & quid tristis ego sum & MI. dixin hoc fore &  
 Quid is fecit & DE. quid ille fecerit & quem neq; pudet  
 Quicq; neq; metuit quenq; ,neq; legem putat  
 Tenere se ullam ,nam illa quæ antehac facta sunt  
 Omitto modo quid delignauit & MI. quid nam id est & DE.  
 Fores effregit ,atq; in ædeis irruit  
 Alienas ipsum dominum atq; omnem familiam  
 Multauit usq; ad mortem ,eripuit mulierem  
 Quam amabat ,clamat omnes indignissime  
 Factum esse hoc ,aduenienti quot mihi Mitio  
 Dixere & in orest omni populo . Deniq;  
 Si conferendum exemplum est ,non fratrem uidet  
 Rei dare operam ,ruri esse parcum ac sobrium &  
 Nullum huius simile factum ,hæc cum illi Mitio  
 Dico ,tibi dico ,tu illum corrumpis sis . MI.  
**HOMINE IMPERTIT** O nunq; quicquam iniustius ,  
 Qui nisi quod ipse fecit ,nihil rectum putat . DE.  
 Quorsum istuc & MI. quia tu Demea hæc male iudicas .  
 Non est flagitium ( mihi crede ) adolescentulum  
 Scortari ,neq; potare non est ,neq; fores  
 Effringere ,hæc si neq; ego neq; tu fecimus ,  
 Non sicut egestas facere nos ,tu nunc tibi  
 Id laudi ducas ,quod tum fecisti ihopia ,  
 Iniuriumst ,nam si esset unde id fieret .  
 Faceremus ,& tu illum tuum ( si essem homo )  
 Sineres nunc facere ,dum per ætatem licet .  
 Potius q; ubi te expectatum eieciſſet foras ,  
 Alieniori ætate post faceret tamen . DE.  
 Proh Iupiter tu homo adiges me ad insaniam .  
 Non est flagitium facere hæc adolescentulum . MI. ah  
 Aulcula ,ne me obtundas de hac re ſæpius .  
 Tuum filium dedisti adoptandum mihi .  
 Is meus est factus ſiquid peccat Demea ,

## ACTVS PRIMVS

Fo. LX

Mihi peccat ,ego illi maxumam partem feram .  
 Obſonat ,potat ,olet unguenta de meo .  
 Amat ,dabitur a me argentum ,dum erit commodum .  
 Vbi non erit ,fortaffe excludetur foras .  
 Fores effregit & restituentur ,dilcidit  
 Vestem & resarcietur ,est Diis gratia .  
 Et unde hæc fiant ,& adhuc non molesta sunt .  
 Postremo aut define ,aut cedo quemuis arbitrum .  
 Te plura in hac re peccare ostendam . DE. hei mihi  
 Pater esse disce ab his qui uere sciunt . MI.  
 Natura tu illi pater es ,confiliis ego . DE.  
 Tun consulis quicq; & MI. ah ,si pergis abiero . DE.  
 Siccine agis & MI. an ego toties de eadem re audiam & DE.  
 Curæ est mihi . MI. & mihi curæ est ,uerum Demea  
 Curemus æquam uterq; partem ,tu alterum ,  
 Ego item alterum ,nam ambos curare ,propemodum  
 Reposcere illum est quem dedisti . DE. ah ah Mitio . MI.  
 Mihi sic uidetur . DE. quid istuc & tibi si istuc placet ,  
 Profundat ,perdat ,pereat ,nihil ad me attinet .  
 Iam si uerbum unum poſthac . MI. rurſum Demea  
 Irascere & DE. an non credis & repeton quem dedi &  
 Aegrest ,alienus non sum ,ſi obſito ,hem defino .  
 Vnum uis curem ,curo ,& est diis gratia ,  
 Cum ita uolo ut est iste ,tuus ipſe ſentiet .  
 Posterius ,nolo in illum grauius dicere . MI.  
 Nec nihil neq; omnia hæc ſunt quæ dicit ,tamen  
 Non nihil moleſta hæc ſunt mihi ,ſed oſtendere  
 Me ægre pati illi nolui ,nam itaſt homo .  
 Cum placō ,aduersor ſedulo ,& deterreo ,  
 Tamen uix humane patitur ,uerum ſi augeam ,  
 Aut etiam adiutor ſim eius iracundiæ ,  
 Insaniam profecto cum illo ,& ſi Aeschinus .  
 Nonnullam in hac re nobis facit iniuriam .

## ADELPHORVM

Quam hic non amavit meretricem? aut cui non dedit  
Aliquid? postremo nuper credo iam omnium  
Taedebat, dixit uelle uxorem ducere.  
Sperabam iam deferuisse adulescentiam.  
Gaudebam, ecce autem de integro, nisi quicquid est,  
Volo scire, atq; hominem conuenire, si apud forum st.

Iambici Trochaici Tetrametri mixti.

## SANNIO LENO. AESCHINVS.

### ACTVS SECUNDVS.

Bsecro populares ferte misero, atq; innocentia auxiliū,  
Subuenite inopi. AE. ociose, nūc iam illico hic cōsistē  
Quid respectas? nihil periclist, nūq; dum ego adero hic  
Ego istam inuitis omnibus. AE. (te tanget. SA.)  
Quanq; est scelestus nō cōmittet hodie unq; iterū ut uapulet. SA.  
Aeschine audi, ne te ignarum suisce dicas mēorū morū,  
Leno ego sum. AE. scio. SA. at ita, ut usq; fuit fide quisq; optuma  
Tu quod te posterius purges, hanc iniuriam mihi nolle  
Factā esse, huius nō faciā, crede hoc, ego meū ius persequar.  
Neq; tu uerbis solues unquam, quod mihi re malefeceris.  
Noui ego uestra hæc, nollem factū, iusiurandū dabis te esse  
Indignū iniuria hac, idignis cū egomet sim accept⁹ modis. AE.  
Abi præstrenue ac fores aperi. SA. cæterū hoc nihil facis. AE.  
I intro nūc iam. SA. at em nō finā. AE. accede illuc Parmeno,  
Nimiū istoc abisti, hic propter hūc assiste. SA. hem, sic uolo. AE.  
Cæue nūc iam oculos a meis oculis quoq; demoueas tuos.  
Ne mora sit si innuerim, qn pugnus cotinuo in mala hæreat. S.  
Istuc uolo ergo ipm experiri. AE. hem ferua, omitte mulierē. SA.  
O facin⁹ indignū. AE. gemiabit nisi caues. S. hei misero mihi. AE.  
Non innueram uerū in istam partem potius peccato tamen,

### ACTVS SECUNDVS.

Fo. LXI

I nūc iā. S. qd hoc rei est? regnū ne æschine tu hic possides? AE.  
Si possiderem, ornatus essem ex tuis uirtutibus. SA.  
Quid tibi rei meū est? AE. nihil. SA. quid? nostin qui sim? AE.  
non desydero. SA.  
Tetigin tui quicq; AE. si attigisses, ferres infortuniū. SA.  
Qui tibi magis licet mēa habere, pro qua ego argentū dedi? Responde. AE. ante ædes non fecisse erit mellus hic cōuitiū.  
Nam si molestus pergis esse, iam intro a rripiere, atq; ibi  
Vsq; ad necem opperiere loris. SA. loris liber? AE. sic erit. SA. *Acti vobis hinc ea: 30.*  
O hoīem ipurū, hiccine libertatē aiut æquā esse oibus? AE.  
Si satis iam debacchatus es leno, audi si uis nūc iam. SA.  
Egon debacchat⁹ sum in te? an tu in me? AE. omitte ista, atq;  
ad rem redi. SA.

Quā rē quo redeat AE. iā ne me uis dicere qd ad te attinet? SA.  
Cupio, modo æqui aliqd. AE. uah, leno iniq; me nō uult loq; S.  
Leno sum, fateor, pernities communis adulescentium.  
Periurus, pestis, tamen tibi a me nulla est orta iniuria. AE.  
Nā hercle etiā id restat. S. illuc qso redi quo cepisti æschine. AE.  
Minis uiginti tu illam emisti, quæ res tibi uertat male.  
Argenti tantū tibi dabis. SA. quid, si ego tibi illā nolo uēdere?  
Coges me? AE. minime. SA. nāq; id metui. AE. neq; uēdūdā céleo  
Quæ liberaſt, nam ego illam liberali aſſero causa manu.  
Nunc uide utrū uis argentū accipere, an causam meditarſtuā.  
Delibera hoc, dū ego redeo leno. SA. proh supreme Iupiter.  
Minime miror, qui inſanire occipiunt ex iniuria.  
Domo me eripuit, uerberauit, me inuito abduxit meam.  
Ob malefacta hæc tantidē emptā postulat sibi tradier.  
Homini misero plus quingentos colaphos infregit mihi.  
Verū enim quando bene promeruit, fiat suum ius postulat.  
Age iam cupio, si modo argentū reddat, sed ego hoc ariolor.  
Vbi me dixerō dare tanti, testis faciet illico  
Vendidisse me, de argento somnium, mox cras redi.

## ADELPHORVM

Id quoq; possum ferre si modo reddat ,quaq; iniuriumst.  
Verū cogito id quod res est ,quando eum quæstum occuperis  
Accipiunda ,& missitanda iniuria adolescentumst.  
Sed nemo dabit ,frustra egomet mecum has rationes deputo.

Tetrametri Septenarii , & Senarii .

## SYRVS. SANNIO.

*M. opere / M. modo / F. vero*

Ace ,egomet conueniam ipsum ,cupide accipiat faxo .  
atq; etiam Bene dicat secū esse actū ,qd istuc Sannioſt qd te audioſt  
Nescio quid cōcertasse cū hero ſt Sa . nunquam uidi iniquius  
Certationē comparatā ,q; quæ hæc hodie inter nos fuit .  
Ego uapulādo ,ille uerberādo ,uſq; ambo defeffi ſumus Sy .  
Tua culpa . S A N . quid agerem ſt S Y . adulescenti morem geſtum oportuit . S A N .  
Qui potui meli⁹ ,qui hodie uſq; os p̄bui ſt Sy . age ,ſcis qd loquar ſt  
P E C V niā in loco negligere maximū iterdūſt lucrū . Sa . hui . Sy .  
Metuifiti ,ſi nunc de tuo iure conceffiffes paululum ,atq;  
Adulescenti eſſes morigeratus ,hominū homo ſtultissime ,  
Ne nō tibi iſtuc ſceneraret . Sa . E G O ſpem precio nō emo . Sy .  
Nunq; rem facies ,abi ,nescis inefcare homines Sannio . Sa .  
Credo iſtuc melius eſſe ,uerū ego nunq; adeo aſtutus fui ,  
Quin quicquid poſſem ,mallē auferre potius in præſentia . Sy .  
Age ,noui tuū animū ,quasi iā uſq; tibi ſint uiginti minæ ,  
Dum huic obſequare ,præterea autem te aiunt proficiſci Cyprū .

S A N . hem . Sy .

Coemiffe hinc q; illuc ueheres multa ,nauē conductā ,hoc ſcio .  
Animus tibi pendet ,ubi illinc ſpero redieris ,tñ hoc ages . Sa .  
Nuſq; pedē ,perii hercle ,hac illi ſpe hoc incepert . Sy . timet ,  
Inieci ſcrupulū homini . S A . oſcelera ,illuc uide  
Vt in ipſo articulo oppreſſit ,emptæ mulietis

## ACTVS SECUNDVS. *No inſcripta* Fo. LXII

Complures ,& item hinc alia quæ porto Cyprum .  
Nisi eo ad mercatum ueniam ,damnū maximumſt .  
Nunc ſi hoc omittam ,actum agam ,ubi illinc rediero  
Nihil eſt ,refrixeſit res ,nunc demum uenis ?  
Cur paſſus eſt ubi eras ? ut ſit ſatius perdeſe ,  
Quam aut hic nunc manere tamdiu ,aut tum perfequi . Sy .  
Iam ne enumerasti ,quod ad te redditum putes ſt S A .  
Hoccine illo dignumſt ? hoccine incipere Aſchinum ?  
Per oppressionem ut hanc mihi eripere poſtuleſt ſt Sy .  
Labascit ,unum hoc habeo ,uide ſi ſatis placet ,  
Potius q; uenias in periculum Sannio ,  
Seruſt ne ,an perdas totum ,diuiduum face .  
Minas decem corradet alicunde . S A . hei mihi .  
Etiam de forte nunc uenio in dubium miser .  
Pudet nihil ,omnes dentes labefecit mihi .  
Præterea colaphis tuber eſt totum caput .  
Etiam insuper defraudat & nusquam abeo . Sy . ut lubet .  
Nunquid uis quin abeam ſt Sa . immo hercle hoc quālo Syre .  
Vt ut hæc ſunt facta ,potius q; lites ſequar .  
Meum mihi reddatur ,ſaltem quanti emptaſt Syrae ,  
Scio non te uolum antehac amicitia mea .  
Memorem me dices eſſe ,& gratum . Sy . ſedulo  
Faciā ,ſed Cthesiphonem uideo ,lætus eſt  
De amic a . Sa . quid quod te oro ſt Sy . paulisper mane .

Tetrametri Iambici .

## C THESIPHON. SYRVS.

Bs quiuis hoīe ( cū eſt opus ) beneficū accipere gaudeas  
a Verū enim uero id demū iuuat ,ſi quē æquū ſt bñfacere is  
O frater fī qd ego nūc te laudē ſatis certe ſcio ( facit .  
Nunq; ita magnifice quicq; dicam ,id uirtus quin ſuperet tua .

## A D E L P H O R V M

Ita q̄ unā hāc rem me habere præter alios præcipuam arbitror;  
Fratrem hominē neminē esse p̄imārū artū magis principē.Sy.  
O Cthesipho. C T. o Syre ,Aeschinus ubi est? Sy. ellum, te ex-  
pectat domi. C T. hem. S Y.

Quid est? Ct. quid sit? illius opera Syre nūc uiuo ,festiuū caput,  
Qui omnia sibi post putarit esse præ meo commodo,  
Maledicta famam ,meum amorem ,& peccatum in se trāstulit .  
Nihil pote supra, sed qs nā foris crepuit? Sy. mane, ipse exit foras.

Tetrametri Iambici .

## AESCHINVS. SANNO. CTHESIPHO. SYRVS.

Bi est ille sacrilegus? S. men q̄rit&nūqd nā effert? occidi.  
u Nihil video . A e. ehē oportune te iþm q̄rito,qd fit Cthe  
In tuto est oīs res ,omitte uero tristitiā tuā.Ct (spho)  
Ego illam facile uero omitto ,qui quidem te habeam fratrem .  
O mi aeschine,o mi germāe, ah uereor corā i ostē laudare āpli⁹  
Ne id assentādi magis ,q̄ qd habeā gratū facere existimes. Ae.  
Age inepte quasi nunc non norimus nos inter nos Cthesipho .  
Sed hoc mihi dolet ,nos pene sero scisse ,& pene in eum locum  
Rediffe, ut si omnes cuperēt ,nihil tibi possent auxiliarier . C T.  
Pudebat . A e. ah stultiaſt istæc nō pudor ,tam ob paruulam  
Rem pene ex patria ,turpe dictu ,deos q̄so ut istæc phibeāt . Ct .  
Peccaui.A e. quid ait tandem nobis Sannio ? Sy. iā mitis est. Ae.  
Ego ad forū ibo,ut hunc absoluā tu intro ad illā Cthesipho . Sa .  
Syre insta.Sy. eamus,nāq̄ hic properat in cyprū . Sa. ne tā quidē ,  
Quamuis etiam maneo ociosus hic . Sy . reddetur ,ne time . Sa .  
At ut omne reddat . Sy . omne reddet ,tace modo ,ac sequere hac .  
S A N. sequor . C T .

Heus heus Syre.Sy. hē qd est! Ct. obsecro hercle hoīem istū impū  
Quamprimū absoluītote ,ne si magis irritatus siet , (rissimū  
Aliqua ad patrē hoc permanet,atq̄ ego tūc ppetuo perierim.Sy.

## ACTVS TERTIVS

Fo. LXIII  
Non fiet ,bono animo esto ,tu cū illa te intus oblecta interim ,  
Et lectulos iube sterni nobis ,& parari cætera .  
Ego iam transacta re conuortam me domū cum obsonio .Ct .  
Ita quæſo,quādo hoc bene successit,hilarem hūc sumam⁹ diē .

Iambici ut superiores .

## SOSTRATA. CANTARA.

## ACTVS TERTIVS.

Bsecro mea nutrix ,qd nūc fiet? Ca. quid fiet rogas? recte  
o Edepol spero . S. mō dolores meatū occipiūt primulū . C .  
Iā nūc times quasi nūq̄ adfueris ,nūq̄ tu te pepereris? So .  
Miserā me ,neminē habeo ,solē sunnus . Geta aut̄ hic nō adest .  
Nec quem ad obſtetricē mittā ,nec qui accersat Aeschinū . Ca .  
Pol is quidem iam hic aderit ,nam nunq̄ unū intermitit diē ,  
Quin semper ueniat . So. solus mearū meseriarū est remediū . C .  
Ere nata melius fieri haud potuit ,q̄ factum est hera ,  
Quando uitium oblatum est ,quod ad illū attinet potissimū ,  
Talem tali genere atq̄ animo natum ex tanta familia . S O .  
Ita pol est ut dicis ,saluos nobis deos quæſo ut siet .

Tetrametri Iambici ,& Dimeter unus ..

## GETA. SOSTRATA. CANTHARA.

Vnc illud est ,quod si omnes oīa sua cōſilia cōferat ,  
n Atq̄ huic malo ſalutem quaerant ,auxiliū nihil afferat .  
Quod mihiq̄ heraq̄ filiæq̄ herili est ,uæ misero mihi ,  
Tot res repente circumuallant ,ündē emergi non potest .  
Vis ,egeſtas ,iniuſtitia ,ſolitudo ,infamia .  
Hoccine ſeculū ,o ſcelera ,o genera ſacrilega ,o hoīem impiū . S .

## A DELPHORVM

Me miserā qd nā est, qd sic uideo timidū, & p̄erantē Geta & Ge.  
 Quem neq̄ fides, ne iusiurandū, neq̄ illum misericordia  
 Repressit, neq̄ reflexit, neq̄ quod partus instabat prope,  
 Cui miseræ indigne per uim uitium obtulerat. So. non intelligo  
 Satis quæ loquat̄. Ca. ppius obsecro accedamus Sostrata. Ge. ah  
 Me miserum uix sum compos animi, ita ardeo iracundia.  
 Nihil est qd malim, q̄ illam totā familiam dari mihi obuiam.  
 Ut iram hanc in eos euomā omnē, dum ægritudo hæc est recès.  
 Satis mihi id habeam suppliciū, dum illos ulciscar modo.  
 Seni animā primū extinguerem ipsi, qui illud produxit scelus  
 Tum aut̄ Syrū impulsorē, uah quibus illū lacerarē modis &  
 Sublimem mediū arriperē, & capite primū in terrā statuerem,  
 Ut cerebro dispergat uiam.

Adolescenti ipsi eripereim oculos, posthac præcipitem darem.  
 Cæteros ruerem, agerem, raperem, tunderem, & prosternerem.  
 Sed cesso herā hoc malo imptiri ppere. So. reuocemus Geta. G.  
 Hem q̄s es sine me. So. ego sū Sostrata. G. ubi east te ipsā q̄rito,  
 Te expecto, oppido oportune te obtulisti mihi obuiam  
 Hera. So. qd ē? ad trepidas? G. hei mihi. So. qd festinas mi Geta?  
 Animū recipe. G. proflus. S. qd istuc prorsus ergost? Ge. perimus,  
 Actumst. S. eloquere obsecro quid sit? G. iā. S. qd iā Geta & Ge.  
 Aeschinus. S. qd ergo is? G. alienus est a nostra familia. S. hem,  
 Perii, quare? Ge. amare occipit aliam. So. uæ miseræ mihi. Ge.  
 Neq̄ id occulte fert, a lenone ipsius eripuit palam. SO.

Satin hoc certe. G. certe, hisce oculis egomet uidi Sostrata. So. ah  
 Me miserā, quid credas iā? aut cui credas? nostrū Aeschinū  
 Nostram uitam omniū, in quo nostræ spes omnesq; opes sita  
 Erant, qui sine hac jurabat se unum nunq̄ uicturū diem,  
 Qui se in sui gremio positurū puerum dicebat, patrem  
 Ita obsecraturū ut liceret sibi hanc uxorem ducere. GE.  
 Hera, lacrumas mitte, ac poti⁹ qd ad hæc rē opus est porro cōsule  
 Pariamur ne, an narrēmus cuipiāt? S. hau hau mi hō sanus ne es?

## ACTVS TERTIVS

Fo. LXIII

An hoc pferendū tibi usq; esse uidef & G. mihi quidē nō placet.  
 Iam primū illū alieno animo a nobis esse res ipsa indicat.  
 Nunc si hoc palam proferemus, ille inficias ibit sat scio.  
 Tua fama & gnata uita in dubium ueniet, tum si maxime  
 Fateatur, cum amet aliam, non est utile hanc illi dari.  
 Quapropter quoquo pacto celato est opus. S. ah minime getiu.  
 Nō faciā. G. quid agis? S. pferā. G. hem mea sostrata uide quā rē  
 Peiore res loco nō pōt esse, q̄ in quo nūc sita est. (agas S.  
 Primū indotata est, tum præterea quæ secūda ei dos erat,  
 Periit, pro uirgine dari nuptū non potest, hoc reliquumst,  
 Si inficias ibit, teitis mecum est anulus quem amiserat autem extitit li: 10. Ca: 10.  
 Postremo qn̄ ego cōscia mihi sum, a me culpā esse hāc pcul,  
 Neq̄ preciū neq̄ rē ullā intercessisse, illā aut me indignā, Geta ex  
 Quid istuc accedo ut meli⁹ dicas. S. tu quātū potes (periar. G.  
 Abi, atq̄ Hegioni cognato huius rem omnē narrato ordine.  
 Nā is nostro Simulo fuit sūmus, & nos coluit maxime. GE.  
 Nā hercle alius nemo respicit nos. So. ppera tu mea Canthara,  
 Curre, obstetricē accerse, ut cū opus sit ne in mora nobis siet.

Senarii omnes.

## DEMEA.

Iperii, Cthesiphonem audiui filium  
 d Vna affuisse in rapzione cum Aeschno.  
 Id misero restat mihi mali, si illum potest  
 Qui alicui rei est etiam eum ad nequitiam adducere.  
 Vbi ego illum quāram? credo abductum in ganeum  
 Aliquo, persuasit ille impurus, sat scio.  
 Sed ecum Syrum, ire uideo, hinc scibo iam ubi siet.  
 Atq̄ hercle hic de grege illo est, si me lenserit  
 Eum quāritare, nunq̄ dicet carnifex.  
 Non ostendam me id uelle.

## ADELPHORVM

Eiusdem numeri sunt. Primus uersus superiori cōnectit.

## SYRVS. DEMEA.

Mnem rem modo seni  
o Quo pacto se haberet enarramus ordine.  
Nihil quicq; uidi latius. D E. proh Iupiter  
Hominis stultitiam. S Y. collaudauit filium,  
Mihi ( qui dedissem consilium ) egit gratias. D E.  
Disrumpor. S Y. argentum adnumeravit illico,  
Dedit præterea in sumptum dimidium mir  
Id distributum sane est ex sententia . D E. hem,  
Huic mandes, si quid recte curatum uelis . S Y.  
Ehem Demea haud alpexeram te, quid agitur ? D E.  
Quid agatur ? uostram nequeo mirari satis  
Rationem. S Y. est hercle inepta, ne dicam dolo, atq;  
Absurda, piscis cæteros purga Dromo.  
Congrum istum maximum in aqua finito ludere  
Paulisper, ubi ego uenero exossabitur.  
Prius nolo. D E. hæc cne flagitia ? S Y. mihi quidē nō placent,  
Et clamo sæpe, falsamenta hæc Stephanio  
Fac macerentur pulchre. D E. Dii uostram fidem,  
Vtrum studio ne id sibi habet, an laudi putat  
Fore, si perdiderit gnatum ? uæ misero mihi  
Videre videor iam diem illum, cum hinc egens  
Profugiet aliquo militatum. S Y. o Demea.  
ISTVC EST SAPERE, nō quod ante pedes modost  
Videre, sed etiam illa quæ futura sunt  
Prospicere. D E. quidē istæc iam penes uos psaltria est ? S Y.  
Est iam intus. D E. echo, an domi est habiturus ? S Y. credo, ut est  
Dementia. D E. hæc cne fieri flagitia ? S Y. inepta lenitas  
Patris, & facilitas praua. D E. fratri me quidem  
Pudet pigetq;. S Y. nimium inter uos Demea,

## ACTVS TERTIVS

Fo. LXV

Ac non quia ades præsens dico hoc, pernixium interest.

Tu quantus quantus, nihil nisi sapientia es.

Ille futilis, somnium, sineres uero illum tuum !

Facere hæc ? D E. sinerem illū ? an non sex totis mensibus

Prius olfecissem, q; ille quicquam ceperit ? Sy.

Vigilantiam tuam tu mihi narrast ? D E. sic siet

Modo, ut nūc est quælo. Sy. ut quisq; suū uult esse, itast. D E.

Quid eum uidistin hodie ? Sy. tuum ne filium ?

Abigam hunc rus, iamduū aliquid ruri agere arbitror. D E.

Satin scis ibi eū esse ? Sy. oh, q; egomet produxit De. optime est,

Metui ne hæret hic, Sy. atq; iratum admodum. D E.

Quid autem ? Sy. adortus iurgio fratrem spud forum

De psaltria istac. D E. ain uero ? Sy. uah nihil reticuit.

Nam ut numerabitur forte argentum, interuenit

Homo de improviso, ccepit clamare. Aeschine

Hæc cne flagitia facere te ? hæc te admittere

Indigna genere nostro ? D E. oh lacrumo gaudia. Sy.

Non tu hoc argentum perdis, sed uitam tuam. D E.

Saluus sit, spero est similis maiorum suum. S Y. hui. D E.

Syre præceptorum plenus istorum ille. Sy.

Phy domi habuit, unde disceret. D E. fit sedulo,

Nihil prætermitto, consuefacio, deniq;

IN SPICERE tanq; in speculum uitas omnium

Iubeo, atq; ex aliis sumere exemplum sibi.

Hoc facito. S Y. recte sane. De. hoc fugito. S Y. callide. D E.

Hoc laudi est. S Y. istæc res est. D E. hoc uitio datur. S Y.

Probissime. D E. porro autem. S Y. non hercle ocium est,

Nunc mihi auscultandi, piscis ex fententia.

Nactus sum, hi mihi ne corrumpantur cautiost.

Nam id nobis tam flagitiumst, q; illa Demea

Non facere uobis, quæ modo dixti, & quod queo

Conseruis ad eundem illis præcipio modum.

### A DELPHORVM

Hoc falsumst ,hoc adustumst ,hoc lautumst parum,  
 Illud recte ,iterum sic memento ,sedulo  
 Moneo ,quæ possum pro mea sapientia .  
 Postremo tanq; in speculum ,in patinas Demea  
 Inspicere iubeo ,& moneo quid facto ulus fieri.  
 Inepta hæc esse nos quæ facimus sentio  
 Verum quid facias ut homost ita morem geras.  
 Nunquid uis DE. mentem uobis meliorem dari .Sy.  
 Tu rus hinc abis DE. recte .Sy. nam quid tu hic agas?  
 Vbi siquid bene præcipias nemo obtemperat DE.  
 Ego uero hinc abeo ,quando is quam ob rem huc ueneram,  
 Rus abiit ,illum curu unum ,ille ad me attinet.  
 Quando ita uult frater ,de istoc ipse uiderit.  
 Sed quis illic est ,quem procul video est ne hic Hegio  
 Tribulis noster si satis cerno ,is herclest ,uah ,homo  
 Amicus nobis iam inde a puero Dii boni ,  
 Ne illiusmodi iam nobis magna ciuium  
 Penuria est ,homo antiqua uirtute ac fide .  
 Haud mali quid ortum ex hoc sit publice .  
 Quam gaudeo ,ubi etiam huius generis reliquias  
 Restare video ,uah ,uigere etiam nunc libet .  
 Opperior hominem hic ,ut salutem ,& colloquar.

Senarii omnes .

### HEGIO. GETA. DEMEA.

Roh Dii immortales ,facinus indignum ,Geta  
 p Quid narras? GE. sic est factum .HE. ex illan familia  
 Tam illiberale facinus esse ortum? o Aeschine  
 Pol haud paternum istuc dedisti .DE. uidelicet  
 De psaltria hac audiuit ,id illi nunc dolet  
 Alieno ,pater is nihil pendit ,hei mihi ,

### ACTVS TERTIVS

Fo. LXVI

Vtinam hic prope adesset alicubi ,atq; audiret hæc .HE.

Ni facient quæ illos æquumst ,haud sic auferent .GE.

In te spes omnis Hegio nobis sita est .

Te solum habemus ,tu es patronus ,tu pater

Ille tibi moriens nos commendauit senex .

Si deseris tu perimus .HE. caue dixeris .

Neq; faciam ,neq; me latet pie posse arbitror .DE.

Adibo ,saluere Hegionem plurimum

Iubeo .HE. te quærebam ipsum ,salue Demea .DE.

Quid autem? HE. maior filius tuus Aeschinus ,

Quem fratri adeständum dedisti ,neq; boni

Neq; liberalis functus est officium viri .DE.

Quid istuc? HE. nostrum amicum noras Simulum ,

Atq; æqualem? DE. quid nisi HE. filiam eius virginem

Vitauit .DE. hem .HE. mane ,nondum audisti Demea

Quod est grauissimum .DE. an quicq; est etiam amplius? HE.

Vero amplius nam hoc quidem ferendum aliquo modost .

Peruersit nox ,amor ,uinum ,adulescentia .

Humanumst ,ubi scit factum ,ad matrem virginis

Venit ipsus ultro ,lacrimans ,orans ,oblecrans ,

Fidem dans ,iurans se illam ducturum domum .

Ignotumst ,tacitumst ,creditumst ,virgo ex eo

Compressu grauida facta est ,mensis hic decimus est .

Ille bonus uir nobis psaltriam ( si Diis placet )

Paravit ,qui cum uiuat ,illam deserat .DE.

Pro certon tu istac dicis? HE. mater virginis

In medio est ,ipsa virgo ,res ipsa ,hic Geta

Præterea ,ut captus est seruulorum ,non malus ,

Neq; iners ,alit illas ,solus omnem familiam

Substantat ,hunc abduce ,uince ,quære rem .GE.

Immo hercle extorque ,nisi ita factumst Demea .

Postremo non negabit ,coram ipso cedo .DE.

i ii

## A DELPHORVM

Pudet, nec quid agam, neq; quid huic respondeam  
 Scio. INTVS. miseram me, differor doloribus.  
 Iuno Lucina fer opem, serua me obsecro. HE. hem  
 Num nam illa quæso parturit? GE. certe Hegio. HE. hem,  
 Illæc fidem nunc uestram implorat Demea.  
 Quod uos ius cogit, id uoluntate impetrat,  
 Hæc primum ut fiant deos quæso, ut uobis decet.  
 Sin aliter animus uester est, ego Demea.  
 Summa ui hanc defendam, atq; illum mortuum.  
 Cognatus mihi erat, una a pueris parvuli  
 Sumus educati, una semper militiae & domi  
 Fuimus, paupertatem una pertulimus grauem.  
 Quapropter nitar, faciam, experiar, deniq;  
 Animam relinquam potius, q; illas deseram.  
 Quid mihi respondes? DE. fratrem conueniam Hegio,  
 Is quod mihi de hac re dederit consilium, id exequar. HE.  
 Sed Demea hoc tu facito, tecum animo cogites,  
 Quam uos facillime agitis, q; estis maxumi,  
 Potentes, dites, fortunati, nobiles,  
 Tam maxume uos æquo animo æqua noscere  
 Oportet, si uos uultis perhiberi probos. DE.  
 Redito, fient, quæ fieri æquum est omnia. HE.  
 Decet te facere, Gera duc me ad Sostratam. DE.  
 Non me indicente hæc fient, utinam hoc sit modo  
 Defunctum, verum nimia illæc licentia.  
 Profecto euadet in aliquod magnum malum.  
 Ibo, ac requiram fratrem, ut in eum hæc euomam. HE.  
 Bono animo fac sis Sostrata, & istam quod potes  
 Consolere, ego Mitionem si apud forum sit  
 Conueniam, atq; ut res gestas narrabo ordine.  
 Si est facturus, ut sit officium suum:  
 Faciat, sin aliter de hac re est eius sententia,  
 Respondeat mihi, ut quid agam q; primum sciam.

## ACTVS QVARTVS.

Fo. LXVII

Tetrametri Iambici Trochaici mixti, & Dimeter unus.

## CT HESIPH O. SYR VS.

## ACTVS QVARTVS.

In patrem hinc abisse rus? SY. iamdudum. CT. dic so  
 des. SY. apud uillam sit.  
 Nunc eum maxime operis aliquid facere credo. CT.  
 utinam quidem.  
 Quod cum salute ejus fiat, ita se defatigarit uelim,  
 Ut triduo hoc per petuo prorsus e lecto nequeat surgere. Sy.  
 Ita fiat, & istoc si quid potis est rectius. CT. ita, nam hunc diem  
 Misere nimis cupio, ut cœpi perpetuum in latitia degere.  
 Et illud rus nulla alia causa tam male odi, nisi quia  
 Propest, quod si abesset longius.  
 Prius nox oppressisset illic, q; huc reverti posset iterum.  
 Nunc ubi me illic non uidebit, iam huc recurret sat scio  
 Rogabit me ubi fuerim, quem ego hodie toto non uidi die.  
 Quid dicam? SY. nihil ne in mente sit? CT. nunquam quicq;  
 SY. tanto nequier.  
 Cliens, amicus, hospes, nemo est uobis? CT. sunt, quid po  
 steat SY.  
 Hisce opera ut data sit. CT. q; nō data sit? nō pot fieri. Sy. pot. CT.  
 Interdiu, sed si hic pernocto, causæ quid dicam Syre? Sy.  
 Vah, q; uellem etiam noctu amicis operam mos esset dari,  
 Quin tu ociosus es, ego illius sensum pulchre calleo.  
 Cum feruit maxume, tam placidum quam ouem reddo. CT.  
 quo modo? Sy.  
 Laudarier te audi libenter, facio te apud illum deum,  
 Virtutes narro. CT. meas? SY. tuas, homini illico lacræ  
 cadunt,  
 Quasi puero gaudio, hem tibi autem. CT. quid nam est? Sy.  
 LV PVS IN FABVL A. CT.

## A DELPHORVM

Pater est & S Y. ipsust. CT. Syre quid agimus & S Y. fuge modo  
intro, ego uidero. CT.  
Siquid rogabit & nulq; tu me, audistin & Sy. potin ut desinas &

Pares superioribus.

## DEMEA. CTHESIPHO. SYRVS.

~~in fortunis~~ & ego hō sum infelix, primū fratre nusq; inuenio gētiū.  
Præterea aut dum illum querō, a villa mercenarium  
Vidi, is filium negat esse ruri, nec quid agam scio. CT.  
Syre. Sy. quid ais? CT. men querit & S Y.  
Verum. CT. perii. Sy. quin tu animo bono es. DE.  
Quid hoc malum infelicitatis & nequeo satis decernere,  
Nisi me credo huic esse natum rei ferundis miseriis.  
Primus sentio mala nostra, primus refresco omnia.  
Primus porro obnuncio, ægre solus siquid fit fero. Sy.  
Rideo hanc, primum ait se scire, is solus nescit omnia. DE.  
Nunc redeo, si forte frater redierit uiso. CT. Syre  
Obsecro, uide ne ille huc prorsus se irruat. Sy. etiam taces &  
Ego cauebo. CT. nunq; hercle hodie ego istuc cōmittā tibi.  
Nam me in cellā aliquā cū illa concludā, id tutissimūt. Sy.  
Age, tamen ego hunc amouebo. DE. sed ecum sceleratū Sy.  
rum. S Y.  
Non hercle hic quidem durare quisq; si sic fit, potest.  
Scire equeidē uolo quot mihi sint domini, q; hæc est miseria? De.  
Quid ille gannit? qd uult? qd ais bone uir & est frater domi? Sy.  
Quid malū bone uir mihi narras? equeidē perii. D. qd tibi est? Sy.  
Rogitas? Cthesipho me pugnis miserū, & istam psaltriam  
Visq; occidit. DE. hem quid narras? Sy. hem, uide ut discidit  
labrum. DE.  
Quā ob rē & Sy. me impulso hāc emptā esse ait. DE. nō tu eū  
Rus hinc mō pduxer aiebas? Sy. factū, uerū uenit post insaniēs,

## ACTVS QVARTVS.

### Fo. LXVIII

Nihil pepercit, non puduisse uerberare hominē sēnem,  
Quem ego modo puerū tantillū in manibus gestauī meis. De.  
Laudo Cthesipho, patrissas, abi, uirum te iudico. Sy.  
Laudas ne & ille continebit posthac si sapiet manus. DE.  
Fortiter. Sy. per quā, quia miserā mulierem, & me seruulū,  
Qui referire non audebam, uicit, hui, perforiter. DE.  
Non potuit melius, idē sensit quod ego, tē esse huic rei caput.  
Sed est ne frater intus & Sy. nō est. De. ubi illū quærā cogito. Sy.  
Scio ubi sit, uerū hodie nunq; mōstrabo. DE. hem qd ais? Sy.  
Ita. De. diminuet tibi quidē iam cerebrū. Sy. at nōmē nescio  
Illiū hominis, se locū noui ubi sit. DE. dic ergo locū. Sy.  
Nostin porticum apud macellum hac deorsum? DE. quid ni  
nouerim? Sy.

Præterito hac recta platea sursum, ubi eo ueneris,  
Clius deorsum uersum est, hac te præcipitato, postea  
Est ad hanc manum facillum, ibi angiportum propter est. De.  
Quo nam? Sy. illic ubi etiam caprificus magna est. nostin &  
DE. noui. Sy. hac pergito. DE.

Id quidē angiportum nō est perrium. Sy. uerū hercle uah,  
Censen hominem me esse & errauī, in porticum rursum redi  
Sane hac multo propius ibis, & minor est erratio.  
Scin Cratini huius ditis aedes? De. scio. Sy. ubi eas præterioris,  
Ad sinistram hac recta platea, ubi ad Dianæ ueneris,  
Ito ad dextrā, prius qd ad portā uenias, apud ipsum lacū  
Est Pistrilla, & ex aduersum est fabrica, ibi est. DE. quid ibi fa  
cit? S Y.

Lectulos in sole iligneis pedibus faciundos dedit,  
Vbi potetis uos. De. sane bene, sed cesso ad eum pergere. Sy.  
I sane, ego te exercebo hodie ut dignus es silicernium,  
Aeschinus odiose cessat, prandium corruptitur,  
Cthesipho aut in amore est totus, ego iam prospiciam mihi.  
Nā iam adibo, atq; unū quicqd quod quidē erit belissimū  
Carpā, & Cyathos sorbillans paulatim hunc producā diem.

## ADELPHORVM

Iambici Tetrametri.

## MITIO. HEGIO.

Go in hac re nihil reperio quā ob rē lauder tātope Hegio  
e Meū officiū facio ,qd' peccatū a nobis ortūst corrigo.)  
Nisi me in illo credidisti esse hoīm nūero,quia ita putat  
Sibi fieri iniuriam ,ultra si quā fecere ipsi expostulant ,  
Et ultra accusant,id quia nō est a me factū ,agis gratias . H E.  
Ah minime ,nunq; te aliter atq; es in animū induxi meum .  
Sed quælo ut una mecum ad matrem uirgin' eas Mitio .  
Atq; istæc eadem quæ mihi dixti tu te dicas mulieri  
Suspitionē hanc propter fratrē eius esse & illā psaltriam . M I.  
Si ita æquū censes ,aut si ita opus est facto ,eamus . He.bene facis .  
Nam & illi animum iam reueabis ,quæ dolore ac miseria  
Tabescit ,& tuo officio fueris functus ,sed si aliter putas ,  
Egomet narrabo quæ mihi dixti . Mi. imo ego ibo . He.bñ facis ,  
O M N E S qbus res sūt min⁹ secūdæ ,magis sūt nescio quo mō  
Suspicioſi ad contumeliam ,omnia accipiunt magis  
Propter suam impotentiam ,se semper credunt negligi .  
Quapropter te ipsum purgare iſpis corā placabilius est . M I.  
Et recte ,& uerū dicis . He ſēre me ergo hac intro . M I. maxime .

Tetrametri Senarii mixti ,& unus Trochaicus Catalecticus .

## AESCHINVS.

Iſcrucior animi ,hoccine de improviso mali mihi obici  
d Tantū,ut neq; qd me faciā ,neq; quid agā certū siet ?  
Membra metu debilia sunt ,animus timore obſtipuit ,  
Pestore confitere nihil consilii quit ,uah  
Quo modo me ex hac expediam turba  
Tanta ē nunc ſuſpicio de me incidit ,neq; ea immerito ,  
Soſtrata credit mihi me psaltriam hanc emiſſe ,id anus

## ACTVS QVARTVS.

Fo. LXIX

Mihī indicium fecit .

Nam ut hinc forte ea ad obſtricē erat mifſa ,ubi eā uidi ,illico  
Accedo ,rogito ,Pamphila quid agat ,iam partus adſiet .  
Eo ne obſtricē accersat ,illa exclamat ,abi abi ,iam Aeschine  
Satis diu uerba dedisti nobis ,ſatis adhuc tua fruſtrataſt fides .  
Hem qd iſtuc obecro inquāſt : ualeas ,habeas illā quæ placet .  
Sensi illico id illas ſuſpicari ,ſed me reprehendi tamen ,  
Ne quid de fratre garrulae illi dicerem ,ac fieret palam .  
Nunc quid faciā ſ dicā fratriſ eſſe hanc ,quod minimeſt opus  
Uſquam efferri ,age ,mitto ,fieri potis eſt ,ut ne qua exeat .  
Ipſum id metuo u. credant ,tot concurrunt uerisimilia .  
Egomet rapui ,iſpe egomet ſolui argētū ,ad me abducta ē domū  
Hæc adeo mea culpa fateor fieri ,non me hanc rem patri  
Ut erat geſta indicaffe ,exorafſem ut eam ducerem .  
Ceffatū uſq; adhuc eſt ,nunc iam porro Aeschine expurgiſcere .  
Nūc hoc primū eſt ,ad illas ibo ut purgē me ,accedā ad foreſ ,  
Perii ,horresco ſemper ,ubi pulicare hasce occipio foreſ .  
Heus ,heus ,Aeschinus ego ſum ,aperite aliquis auctū ostium .  
Prodit nescio quis ,concedam huc . Connectitur ſequenti .

Tetrametri & Trimetri mixti ,Iambici & Trochaici .

## MITIO. AESCHINVS.

i Ta ut dixi Soſtrata , ſint ſciat .  
Facito ,ego Aeschinū conueniā ,ut quo modo acta hæc  
Sed quis hostiū hoc pultauit ? AE. pater hercle eſt ,perii . M I.  
Aeschine . AE.  
Quid huic hic negocift ? M I. tu ne has pepulisti foreſ ?  
Tacet ,cur non ludo hunc aliquantis per ſmelius eſt ,  
Quandoquidem hoc nunquam mihi ipſeuoluit credere .  
Nihil mihi respōdes ? Ae.nō equidem iſtas ,quod ſciam . M I.  
Ita ,nam mirabar quid hic negoci eſſet tibi .

## ADELPHORVM

Erubuit, salua res est. AE. dic sodes pater,  
 Tibi vero quid istic est rei? MI. nihil mihi quidem.  
 Amicus quidam me a foro abduxit modo  
 Huc aduocatum sibi. Ae. quid? MI. ego dicam tibi.  
 Habitant hic quædam mulieres pauperculæ,  
 Vt opinor has non nosse te & certo scio,  
 Neq; enim diu huc cōmigrarunt. Ae. quid tum postea? MI.  
 Virgo est cū matre. Ae. perge. MI. hæc virgo orbast patre.  
 Hic meus amicus illi genere est proximus,  
 Huic leges cogunt nubere hanc. Ae. perii. Mi. quid est? Ae.  
 Nihil recte, perge. MI. is uenit, ut secum aduehat,  
 Nam habitat Milet. Ae. hem, uirginem ut secum aduehat? MI.  
 Sic est. Ae. miletum usq; obsecro? Mi. ita. Ae. animo malest.  
 Quid ipse? quid aiunt? MI. quid istas censes? nihil enim  
 Commenta mater est esse ex alio uiro  
 Nescio quo puerum natum, neq; eum nominat.  
 Priorem esse illum non oportere huic dari. AE.  
 Echo nonne hæc iusta tibi uidentur poste a? MI.  
 Non. Ae. obsecro non? an illam hinc abducet pater? MI.  
 Quid ni illam abducat? Ae. factum a uobis duriter,  
 Immiserie orditerq; atq; etiam si est pater  
 Dicendum magis aperte, illiberaliter. MI.  
 Quam ob rem? Ae. rogas me? quid illi tandem creditis  
 Fore animi misero, qui cum illa consuevit prius,  
 Qui infelix (haud scio an illam nunc misere amat)  
 Cum hanc sibi uidebit præsens præsenti eripi,  
 Abduci ab oculis, facinus indignum pater. MI.  
 Qua ratione istuc? quis despontit? quis dedit?  
 Cui quando nupsit? autor his rebus qui est?  
 Cur duxit alienam? Ae. an sedere oportuit  
 Domi uirginem tam grandem, dum cognatus hinc  
 Illinc ueniret expectantem? hæc mi pater  
 Te dicere æquum fuit, & id defendere. MI.  
 Ridiculum, aduorsum ne illum cauſam dicerem,

## ACTVS QVARTVS.

Fo. LXX

Cui ueneram aduocatus, sed quid ista Aeschine  
 Nostra? aut quid nobis cum illis abeamus, quid est?  
 Quid lacrumas? Ae. p̄ obsecro, ausculta. MI. Aeschine audiui.  
 Et scio, nā te amo, quo magis q agis curæ sūt mihi. Ae. (oia,  
 Ita uelim me promerentem ames, dum uiuas mi pater,  
 At me hoc delictum admisisse in me id uehementer dolet,  
 Et me tui pudet. MI. credo hercle, nam ingenium noui tuum  
 Liberale, sed uereor ne indiligens nimium sies.  
 In qua ciuitate tandem te arbitrare uiuere?  
 Virginem uitasti, quam te ius non erat tangere.  
 Iam id peccatum rimum magnum, at humanum tam  
 Fecere alii s̄apē, item boni, at postquam id euenit, cedo.  
 Nunquid circūspexti? aut nunquid tu te prospexti tibi  
 Quid fieret? qua fieret? si te ipsum mihi puduit dicere,  
 Qua reliccerem, hæc dum dubitas, menses abierunt decem.  
 Prodidisti & te, & illā miserā & gnatū, quod quidē in te fuit.  
 Quid credebas? dormienti hæc tibi conjecturos deos?  
 Et illam sine tua opera in cubiculum iri deductum domum?  
 Nolim cæterarum rerum te secordem eodem modo  
 Bono animo es, duces uxore hanc, Ae. hem, Mi. bono animo es  
 Inquam. AE. pater  
 Obsecro nū ludis tu nūc me? Mi. ego te? quā ob rē? Ae. nescio.  
 Nisi quia tā misere hoc esse cupio uerū, eo uereor magis. MI.  
 Abi domū ac deos comprecare, ut uxore accersas, abi. AE.  
 Quid iā ne uxore? Mi. iā. Ae. iā? Mi. iā q̄tū potes. Ae. Di me p̄  
 Omnes oderint, ni magis te, q̄ oculos nunc amo meos. MI.  
 Quid q̄ illā? Ae. aequē. M. p̄benigne. Ae. qd ille ubi est Milesius  
 Abiit, perit, nauē ascēdit, sed cur cessas? Ae. abi pater. (MI.  
 Tu potius deos comprecare, nam tibi eos certo scio,  
 Quo uir melior multo es q̄ ego, obtemperaturos magis. MI.  
 Ego eo intro, ut quæ opus sunt parent, tu fac ut dixi si sapis. Ae.  
 Quid hoc est negoti? hoc est patrem esse? aut hoc est filiū esse?  
 Si frater aut sodalis esset, q̄ magis morē gereret? (MI. s ii

## ADELPHORVM

Hic non amandus , hincine non gestandus in sinuſt' hemi,  
Itaq adeo magnam mihi iniecit sua commoditate curam ,  
Ne forte imprudens faciam quod nolit , sciens cauebo .  
Sed cesso ire intro , ne mora meis nuptiis egomet siem .

Senarii omnes .

## DEMEA.

Eſeffus ſum ambulando , ut Syre te cum tua  
d Monſtratione magnus perdat Iupiter .  
Perreptauſi uſq omne oppidum ad portam , ad lacum .  
Quo non ? neg illic fabrica ulla erat . & neg fratem homo  
Vidiffe ſe aiebat quifquam , nunc uero domi  
Certum obſidere eſt uſq donec redierit .

Senarii .      M I T I O .      D E M E A .

Bo , illis dicam nullam eſſe in nobis moram . D E .  
i Sed eccum iſpum , te iam dudum quero Mitio . M I .  
Quid nam e D E . fero alia flagitia ad te ingentia  
Bonī illius aduolescentis . M I . ecce autem . D E . noua  
Capitalia . M I . ohe iam . D E . nescis qui uir ſit . M I . ſcio . D E .  
Ah , ſtulte tu de Psaltria me ſomnias agere .  
Hoc peccatum eſt in uirginem ciuem . M I . ſcio . D E .  
Eho , ſciſ & patere ? M I . quid ni patiar ? D E . dic mihi ,  
Non clamas ? non insanis ? M I . non , malim quidem . D E .  
Puer natus eſt . M I . Dii bene uortat . De . uirgo nihil habet . M I .  
Audiui . D E . & ducenda indotataſt . M I . ſcilicet . D E .  
Quid nunc futurum ſt e M I . id enim quod res ipſa fert ,  
Ilinec huc transferetur uirgo . D E . o Iupiter ,  
Iſto cincē pacto oportet e M I . quid faciam amplius e D E .  
Quid facias rogitas ? ſi non re ipſa tibi iſtuc dolet ,  
Simulare certe eſt hominis . M I . quin iam uirginem

## ACTVS QVARTVS

Fo. LXXI

Despondi , res composita eſt , fiunt nuptiæ ,  
Dempſi metum omniem , hæc magis ſunt hominis . De . cæterū  
Placet tibi factum Mitio ? M I . non , ſi queām  
Mutare , nunc cum non queo , æquo animo fero .

I T A V I T A S T H O M I N V M , quaſi cum ludas teſſeris .  
Si illud quod eſt maxime opus , iactu non cadit ,  
Illud quod cecidit forte , id arte ut corrigas . D E .  
Corrector , nempe tua arte uiginti minæ  
Pro psaltria perierte , quæ quantum potest  
Aliquo abiicienda eſt , ſi non preſio , at grātis . M I .  
Neq eſt , neq illa . n ſane ſtudeo uendere . D E .  
Quid igitur facies e M I . domi erit . D E . proh diuum fidem e  
Meretrix & mater familias erit una in domo e M I .  
Cur non ? De . ſanū ne te credis eſſe M I . equidem arbitror . De .  
Ita me Dii ament , ut uideo ego tuam ineptiam ,  
Facturum credo , ut habeat qui cum cantites . M I .  
Cur no e De . & noua nupta eadē hæc diſcret e M I . ſcilicet . De .  
T V I N T E R eas restim duſtant saltabis e M I . probe .  
Et tu nobiscum una , ſi opus ſit . D E . hei mihi ,  
Non te hæc pudent e M I . iam uero omitte Demea  
Tuam iſtanc iracundiam , atq ita uti decet  
Hilarem ac lubentem fac te in nati nuptiis  
Ego hos conueniam , poſt huc redeo . D E . o Iupiter ,  
Hanccine uitam e hoscine mores : hanc dementiam e  
Uxor ſine dote ueniet , intus psaltria eſt .  
Domus ſumptuosa , aduolescens luxu perditus .  
Senex delirans , ipſa ſi cupiat ſalutis ,  
Seruare proſlus non potest hanc familiam .

Senarii .      SYRVS . D E M E A .

## QVINTVS ACTVS.

s iii

## A D E L P H O R V M

Depol Syrisce te curasti molliter,  
Lauteq; munus administrasti tuum;  
Abi, sed postq; intus sum omnium rerum satur,  
Prode ambulare huc libitum est. D E . illud sis uide  
Exemplum disciplinæ . S Y . ecce autem hic adest senex  
Noster, quid sit & quid tu es tristis & D E . ohe scelus. S Y .  
Eho, iam tu uerba fundis hic sapientia . D E .  
Tum si meus essey. Sy . Dis quidem essey Demea ,  
Ac tuam rem constabilisses. D'E . exemplum omnibus  
Curarem, ut essey. Sy . quam ob rem & quid feci & D E . rogas &  
In ipsa turba, atq; in peccato maxumo ,  
Quod uix sedatum satis est, potasti scelus , quasi  
Re bene gesta. S y . sane nolle hunc exitum ,

Senarii.

## D R O M O . S Y R V S . D E M E A .

h Eus heus Syre , rogar te Cthesipho ut redeas. Sy . abi. De.  
Quid Cthesiphonē hic narrat? Sy . nihil. De. echo carnifex  
Est Cthesipho intus & Sy . nō est. D E . cur hic nominat & Sy .  
Est alius quidam parasitaster parvulus ,  
Nostin & De. iam scibo. Sy . quid agis & quo abis & De. mitte me. Sy .  
Noli inquam D E . non manum abstines mastigias.  
An tibi mavis cerebrum dispergi hic & Sy . abiit.  
Edepol commessatorem haud sane commodum ,  
Præsertim Cthesiphoni, quid ego nunc agam &  
Nisi dum hæ filescunt turbæ , interea in angulum  
Aliquo abeam & atq; edormiscam hoc uilli & sic agam .

Senarii omnes.

## M I T I O . D E M E A .

## A C T V S Q V I N T V S

Fo. LXXII

Arata a nobis sunt ita ut dixi Sostrata  
p Vbi uis, quis nam a me pepulit tā grauiter fore & D E .  
Hei mihi quid faciam & quid clamem & aut quærar &  
O cœlum, o terra, o maria Neptuni . MI . hem tibi .  
Resciuit omnem rem, id nunc clamat scilicet ,  
Paratae lites, succurrentumst . D E . ecum adest  
Communis corruptela nostrorum liberum. MI .  
Tandem reprime iracundiam, atq; ad te redi . D E .  
Repressi, redi, mitto maledicta omnia ,  
Rem ipsam putemus, dictum inter nos hoc fuit ,  
Ex te adeo est orum, ne tu curares meum .  
Ne ue ego tuum , responde. MI . factum est, non nego. D E .  
Cur nunc apud te porat & cur recipis meum &  
Cur emis amicam Mitio & num qui minus  
Mihi idem ius æquumst esse, quid mecum est tibi &  
Quando ego tuum non curo, ne cura meum . MI .  
Non æquū dicis. De. non & Mi. nam uetus uerbū hoc quidēst ,  
C O M M U N I A E S S E amicorum inter se omnia . D E .  
Facete, nunc demum istæc nata oratiost . M I .  
Ausculta paucis, nisi molestumst Demea .  
Principio si id te mordet sumptum filii  
Quem faciunt, quæso facito, hæc tecum cogites ,  
Tu illos duos olim pro re tollebas tua .  
Quod satis putabas tua bona ambobus fore .  
Et me tum uxorem credidisti scilicet  
Ducturum, eandem illam rationem antiquam obtine .  
Conserua, quære, parce, fac q plurimum  
Illi relinquas, gloriam tu istam obtine .  
Mea q uæ præter spem euenero utantur sine .  
De summa nihil decedet, quod hinc accesserit .  
Id de lucro putato esse, omnia hæc si uoles  
In animo uere cogitare Demea ,  
Et mihi, & tibi, & illis dempleris molestiam . D E .

## AD ELPHORVM

Mitto retm, consuetudinem ipsorum. M I. mane.  
Scio, istuc ibam, M V L T A I N H O M I N E Demea  
Signa insunt, ex quibus coniectura facile fit,  
Duo cum idem faciunt, sape ut possis dicere,  
Hoc licet impune facere huic, illi non licet,  
Non quod dissimilis res sit, sed quod is qui facit,  
Quæ ego esse in illis uideo ut confidam fore ita  
Ut uolumus, uideo, sapere, intelligere, eos in loco  
Vereri, inter se amare, scire, est liberum  
Ingenium, atq; animum, quo uis illos tu die  
Reducas, at enim metuas, ne ab re sint tame.  
Omissiores paulo, o noster Demea  
Ad omnia alia ætate sapimus rectius.  
Solum unum hoc uitium affert senectus hominibus,  
A T T E N T I O R E S sumus ad rem omnes, q; sat est,  
Quod illos sat ætas acuet. D E. ne nimium modo  
Bonæ tuæ istæ nos rationes Mitio,  
Et tuus iste animus æquos subuortant. M I. tace,  
Non fiet, mitte iam istæc, da te hodie mihi,  
Exporge frontem. D E. scilicet, ita tempus fert,  
Faciundumst, cæterum rus cum filio  
Cum prima luce ibo hinc. M I. immo de nocte censeo.  
Hodie modo hilarum fac te. D E. & istam psaltriam  
Vna illuc mecum hinc abstraham. M I. pugnaueris.  
Eo pacto prorsum illic alligaris filium.  
Modo facito, ut illam serues. D E. ego istuc uidero.  
Atq; illi fauillæ plena fumi, ac pollinis  
Coquendo sit faxo, & molendo, præter hæc  
Meridie ipso faciam ut stipulam colligat.  
Tam excoctam reddam, atq; atram, q; carbost. M I. placet  
Nunc mihi uidere sapere, atq; equidem filium,  
Tum etiam si nolit cogas, ut cum illa una cubet. D E.  
Derides & fortunatus qui istoc animo sies.

## ACTVS Q VINT VS

Fo. LXXIII

Ego sentio. M I. ah pergis ne & D E. iam iam desino. M I.  
I ergo intro, & cui opus est rei, ei rei hilaré hūc sumamus diē.

## Tetrametri.

## D E M E A.

V N Q V A M ita quisq; bñ subducta ratiōe ad uitā fuit  
n Quin res, ætas, usus semper aliquid apportet noui,  
Aliquid moneat, ut illa quæ te scire credas, nescias,  
Et quæ tibi putaris prima, in experiundo repudies.  
Quod mihi nūc euenit, nā ego uitā durā quā uixi usq; adhuc  
Prope iam excuso spacio mitto, id quā ob rem re ipsa repperi  
F A C I L I T A T E, nihil homini esse melius neq; clemētia  
Id esse uerum ex me atq; ex fratre, cuius facilest noscere.  
Ille suam semper egit uitam in ocio, in conuiuis.  
Clemens, placidus, nulli ledere os, arridere omnibus.  
Sibi uixit, sibi sumptū fecit, omnes benedicunt, amant.  
Ego ille agrestis, sœuus, tristis, parcus, truculentus, tenax,  
Duxi uxorem, quam ibi miseriam uidi & nati filii  
Alia cura, porro autem dum studeo illis ut q; plurimum  
Faceré, contriu in querendo uitam atq; ætatem meam.  
Nunc exacta ætate, hoc fructi pro labore ab his fero  
Odium. ille alter sine labore patria potitur commoda.  
Illum amant, me fugitant, illi credunt consilia omnia,  
Illum diligunt, apud illum sunt ambo, ego desertus sum.  
Illum ut uiuat optant, meam autē morte expectant, scilicet  
Ita eos meo labore eductos maximo, hic fecit suos  
Paulo sumptu, miseria omnē ego capio, hic potitur gaudia.  
Age age, nunc expériamur contra hæc quid ego possiem  
Blande dicere, aut benigne facere, quando eo prouocat.  
Ego quoq; a meis me amari & magnipendi postulo.  
Si id sit dando, atq; obsequendo, non posterioris feram

## AD ELPHOR VM

Deerit id mea minime refert, qui sum natu maximus.

Trimetri.

SYRVS. DEMEA.

**h** Eus Demea, rogar frater ne abeas longius. **D E.**  
*Quis homo & o Syre noster, salue, qd fit & quid agis & Sy.*  
**R**epte. **D E.** optimest, iam nunc hæc tria primum addidi  
*Præter naturam, o noster, quid fit, quid agitur &*  
*Seruum haud illiberalēm præbes te, & tibi*  
*Lubens bene faxim. Sy. gratiam habeo. D E. atqui Syre*  
*Hoc uerumst, & ipsa re experiere prope diem.*

Eiusdem rationis.

GETA. DEMEA.

**h** Era ego hinc ad hos prouisam, q̄ mox uirginem  
*Accersent, sed ecclum Demeam, saluus sies. D E.*  
**O**h, qui uocare? **G E.** Geta. **D E.** Geta, maxi  
*Precii esse te hominem iudicauit animo meo hodie.*  
*Nam is mihi est profecto seruus spectatus satis,*  
*Cui dominus curæst, ita ut tibi sensi Geta.*  
*Et tibi ob eam rem, si quid usus uenerit,*  
*Lubens bene faxim, meditor esse affabilis,*  
*Et bene procedit. G E. bonus es, cum hæc existimas. D E.*  
*Paulatim plebem primum facio meam.*

Eiusdem numeri.

AESCHINVS. DEMEA. SYRVS. GETA.

**o** Ccidunt me quidem dum nimis sanctas nuptias  
*Student facere, in apparando consumunt diem. D E.*  
*Quid agis Aeschine? Ae. hcm pater mi, tu hic eras? D E.*

## ACTVS QVINT VS

Fo. LXXIII

Tuus hercle uero & animo & natura pater,  
*Qui te amat plus q̄ hosce oculos, sed cur non domum*  
**V**xorem accersis? **A E.** cupio, uerum hoc mihi mora est  
*Tibicina, & hymenæum qui cantent. D E. echo*  
**V**in tu huic seni aucultare? **A E.** quid & **D E.** missa hæc face,  
*Hymenæum, turbam, lampadas, tibicinas.*  
**A**tq̄ hanc in horto maceriam iube dirui  
*Quantum potest, hac transfer, unam fac domum.*  
**T**raduc & matrē & familiam omnē ad nos. **A E.** placet  
**P**ater lepidissime. **D E.** euge, iam lepidus uocor.  
*Fratriæ ædes hient, per uiae, turbam domum*  
*Adducet, et sumptum admittet, multa, quid mea?*  
**E**go lepidus in eo gratiam, iube nunc iam  
*Dinumeret Babylo ille uiginti minas.*  
*Syre cessas ire, ac facere & Sy. quid ago? D E. ditue.*  
*Tu illas abi & traduce. G E. Dii tibi Demea*  
*Benefaciant, cum te uideo nostræ familiæ*  
*Tam ex animo factum uelle. D E. dignos arbitror.*  
*Quid tu ais? Ae. sic opinor. D E. multo rectius est*  
*Quam illam puerperam nunc duci huc per uiam*  
*Aegrotam. Ae. nihil enim uidi melius mi pater. D E.*  
*Sic soleo, sed ecclum Mitio egreditur foras.*

Trimetri & Tetrametri mixti.

MITIO. DEMEA. AESCHINVS.

**i** Vbet frater? ubi is est? tu ne iubes hoc Demea? **D E.**  
*Ego uero iubeo, & in hac re, & aliis omnibus*  
*Quam maxime unam facere nos hanc familiam,*  
*Colere, adiuuare, adiungere. Ae. ita quæso pater.*  
*Haud aliter censeo. D E. immo hercle ita nobis decet,*  
*Primum huius uxor is est mater. M I. est, quid postea? D E.*

ADELPHORVM

Proba & modesta. MI ita aiunt. DE. natu grandior. MI.  
 Scio. DE. parere iam diu per annos hæc non potest.  
 Nec q̄ eā respiciat quisq̄ est, sola est. MI. quā hic rem agit? DE.  
 Hanc te æquū est ducere, & te operam ut fiat dare. MI.  
 Me ducere autē? De. te. MI. me? De. te inquā. MI. ineptis. De. si  
 Tu sis homo ,hic faciet. AE. mi pater. MI. quid tu  
 Huic asine auscultas? DE. nihil agis, fieri aliter.  
 Non potest. MI. deliras. AE. sine te exorem mi pater. MI.  
 Insanis? aufer te. De. age, da ueniā filio. MI. satīn sanus es? ego  
 Nouus maritus anno denum quinto & sexagesimo  
 Fiam, atq̄ anum decrepita ducā? id ne estis utores mihi? AE.  
 Fac, promisi ego illis. MI. pmisti autē de te largitor puer. AE.  
 Age, qd si qd te maius oret? MI. quasi hoc nō sit maximū. DE.  
 Age, da ueniā. AE. ne grauare. De. fac pmittē. MI. nō omittis AE.  
 Nō nisi exore. MI. uis est hæc qdē. De. age prolixē Mitio. MI.  
 Et si hoc mihi prauū, ineptū, absurdū atq̄ alienū a uita mea  
 Videatur, si uostantopere istuc uultis, fiat. AE. bene facis.  
 Merito te amo. De. uerū quid ego dicā, hoc cōfit quod uolos  
 Quid nūc quod restat? Hegio is est cognatus proximus,  
 Affinis nobis, pauper, bene nos aliquid facere illi decet. MI.  
 Quid facere? De. agelli hic sub urbe est paululū qd locitas foris,  
 Huic demus qui fruā. MI. paululū id autē? DE. si multū sit  
 Faciendum est, pro patre huic est, bonus est, noster est, recte dat,  
 Postremo non meum illud uerbum facio, quod tu Mitio  
 Bene, & sapiēter dixti dudū, VIT I V M cōmune omniū est  
 Quod nimiū ad rē in senecta attēti sumus, hāc inaculā nos decet  
 Effugere, dictum est uere, & re ipsa fieri oportet. MI.  
 Quid istuc? dabitur quidem quando hic uult. AE.  
 Mi pater. DE. nunc tu mihi es' germanus pariter  
 Corpore, & animo. MI. gaudeo. DE. SVO SIBI HVNC  
 GLADIO IVGVLO.

Tetrametri mixti, & primus superiori coniungitur.

ACTVS QVINTVS. Fo. LXXV  
 SYRVS. DEMEA. MITIO. AESCHINVS.

f Actum est quod iusti Demea. DE.

Frugi homo es, ædepol hodie mea quidem sententia .

Iudico Syrū fieri esse æquū liberū. MI. istunc liberū?  
 Quod nā ob factum? De. multa. Sy. o nōster Demea, ædepol uir  
 Ego, istos uobis usq; a pueris curauit ambos sedulo, (bon⁹ es.  
 Docui, monui, bene præcepi semper quæ potui omnia. DE.  
 Res apparet, & quidem porro hæc obsonare, cum fide  
 Scortum adducere, apparare de die conuiuum.

Non mediocris h̄is hæc sunt officia. Sy. o lepidū caput. De.

Postremo hodie in psaltria ista emunda, hic adiutor fuit,  
 Hic curauit, prodeste æquum est, alii meliores erunt.

Deniq; hic uult fieri. MI. uin tu hoc fieri? AE. cupio. MI. si qdē  
 Tu uis, Syre echo accede huc ad me, liber esto. Sy. bene facis.  
 Omnibus gratiā habeo, & seorsum tibi præterea Demea. De.  
 Gaudio. AE. & ego. Sy. credo, utinā hoc perpetuū fiat gaudiū,  
 Phrygiam ut uxorē meam, una mecum uideam liberā. DE.

Optimā quidē mulierē. Sy. equidē tuo nepoti huius filio  
 Hodie primam mammam dedit hæc. DE. hercle uero serio  
 Siquidem prima dedit, haud dubiū quin emitti æquū siet. MI.  
 Ob eā rē? De. ob eā, postremo a me argētū quātū est sumito. Sy.

Dii tibi Demea oro oēs semper oia optata offerant. MI.

Syre processisti hodie pulchre. DE. si quidem porro Mitio

Tu tuū officiū facies, atq; huic aliquid paululū præ manu

Dederis unde utatur, reddet tibi cito. MI. istoc uilius. AE.

Frugi homo est. Sy. reddam hercle, da modo. AE. age pa-  
 ter. MI. post consulam. DE.

Faciet. Sy. o uiro optime. AE. o mi pater festiuissime. MI.

Quid istuc? quæ restam repente mores mutauit tuos?

Quod proluuiū? quæ istēc subita est largitas? DE. dicā tibi

Vt id ostenderē quod te isti facile, & festuum putant,

Id non fieri ex uera uita, neq; adeo ex æquo & bono,

## ADELPHORVM

Sed ex assentando, indulgendo, & largiendo Mitio.  
Nunc adeo sibi ob eam rem uobis mea uita iniusta est Aeschine,  
Quia non ista prorsus iniusta omnia omnino obsequor.  
Missa facio, effundite, emittite, facite quod uobis lubet.  
Sed si id multis potius, quæ uos propter adulescentiam  
Minus uidetis, magis impense cupitis, consulisit parum,  
Hæc reprehendere & corrigere me, & obsecundare in loco,  
Ecce me qui id faciam uobis. Ae. tibi pater permittimus.  
Plus scis quid factò opus est, sed de fratre quid fiet? DE. sino  
Habeat, in istac finem faciat. Ae. istuc recte. PLAVDITE.

## FABVLAE INTERLOCVTORES.

Philotis meretrix.  
Syra anus.  
Parmeno seruus.  
Laches senex.  
Sostrata mulier,

Phidippus senex.  
Pamphilus adulescens.  
Myrrhina mulier.  
Sosia seruus.  
Bacchis meretrix.

## HECYRA

Fo. LXXVI

ACTA LVDIS MEGALENSIBVS SESTO IV  
LIO. CN. CORNELIO DOLABELLA. AEDI  
LIB. CVRVLIB. MODOS FECIT FLAG  
CVS CLAVDI TIBIIS PARIB. TOTA  
GRAECA MENANDRI FACTA EST  
ACTA PRIMOSINE PROLOGO.  
DATA SECUND. CN. OCTA  
VIO. T. MA. NLIOCOSS. RELA  
TA EST. L. AE. MILIOPAVLO  
LVDIS FVNERAL. NON  
EST PLACITA. TERTIO  
RELATA. Q. FVLVIO  
L. MARCO AEDILI.  
CVRVL. EGIT. L.  
AMBIVVS. L.  
SERGIVS TV  
RPIO. PLA  
CVIT.

## G. SVLPICII APOLLINARIS PERIOCHA.

Senarii.

Xorem duxit Pamphilus Philumenam,  
u Cui quondam ignorans uirginis uitium obtulit,  
Eiusq; per uim, quem detraxit annulum  
Dederat amicæ Bacchidi meretriculæ,  
Dein profectus in Imbrum est, nuptam haud attigit,  
Hanc mater utero grauidam comperit.  
Vt ægram ad se transfert, reuenit Pamphilus,  
Deprehendit, partum celat, uxorem tamen  
Recipere non uult, pater incusat Bacchidis  
Amorem dum se purgat Bacchis, annulum  
Mater uitiatæ forte agnoscit Myrrhina,  
Uxorem recepit Pamphilus cum filio.

PROLOGVS.

Eiusdem rationis.

## HECYRA

Ecyra est huic nomen fabulae, haec cum data est  
 h Noua, nouum interuenit uitium & calamitas,  
 Ut neq; spectari, neq; cognosci potuerit.  
 Ita populus studio stupidus, in funambulo  
 Animum occuparat, nunc haec plane est pro noua.  
 Et is qui scripsit hanc ob eam rem noluit  
 Iterum referre, ut iterum possit uendere,  
 Alias cognostis eius, quælo hanc noscite.  
 Orator ad uos uenio ornatu prologi.  
 Sinite exorator sim, eodem ut iure uti senem  
 Liceat, quo iure sim usus adulescentior.  
 Nouas qui exactas feci ut inueterascerent,  
 Ne cum poeta scriptura euanesceret,  
 In his quas primum Cecili didici nouas.  
 Partim sum earum exactus, partim uix steti,  
 Quia sciebam dubiam fortunam esse scenicam,  
 Spe incerta, certum mihi laborem sustuli.  
 Eisdem agere coepi, ut ab eodem alias discerem  
 Nouas studiose, ne illum ab studio abducerem.  
 Perfecti ut spectarentur, ubi sunt cognitæ,  
 Placitæ sent, ita poetam restitui in locum  
 Prope iam remotum iniuria aduersarium  
 Ab studio, atq; ab labore, atq; ab arte musica.  
 Quod si scripturam spreuissem in præsentia,  
 Et in deterrendo uoluissim operam sumere,  
 Ut in ocio esset, potius q; in negocio,  
 Deterruisse facile ne alias scriberet.  
 Nunc quid petam mea causa, æquo animo attendite.  
 Hecyram ad uos refiero, quam mihi per silentium  
 Nunq; agere licitum est, ita eam oppressit calamitas.  
 Eam calamitatem uestra intelligentia  
 Sedabit, si erit adiutrix nostræ industriae.  
 Cum primum eam agere coepi pugilum gloria,

## ACTVS PRIMVS

Fo. LXXVII

Funambuli eodem accessit expectatio;  
 Comitum conuentus, strepitus, clamor mulierum  
 Fecere, ut ante tempus exirem foras.  
 Vetere in noua coepi uti consuetudine,  
 In experiendo ut essem, refero dehuo.  
 Primo actu placebo, cum interea rumor uenit  
 Datum iri gladiatores, populus conuolat.  
 Tumultuant, clamant, pugnant de loco.  
 Ego interea meum non potui tutari locum.  
 Nunc turba nulla est, ociu[m], & silentium est.  
 Agendi tempus m[od]i datum est, uobis datur  
 Potestas condecorandi ludos scænicos.  
 Nolite sinere per uos artem musicam.  
 Recidere ad paucos, facite ut uestra autoritas  
 Meæ autoritati fautrix, adiutrixq; sit,  
 Si nunq; auare statui premium arti meæ  
 Et eum esse quæstum, in animum induxi meum,  
 Quam maxime seruire uostris commodis.  
 Sinite impetrare me, qui in tutelam meam  
 Studium suum, & se in uestram commisit fidem.  
 Ne eum circumuentum inique irrideant.  
 Me a causa causam hanc accipite, & date silentium,  
 Ut libeat scribere aliis, mihiq; ut discere  
 Nouas expediat posthac precio emptas meo.

Senarii.

## PHILOTIS MERETRIX. SYRA ANVS.

## PRIMVS ACTVS.

P ER POLQ VAMP AVCO S reperias meretricib⁹  
 Fideles eueniare amatores Syra.

## HECYRA

Vel hic Pamphilus iurabat quoties Bacchidi  
Quam sancte, ut quiuis facile posset credere,  
Nunq̄ illa uiua ducturum uxorem domum.  
Hem duxit. S Y. ergo propterea te sedulo  
Et moneo & hortor, ne cuiusq; te misereat,  
Quin spolies, mutiles, laceres quenquam nacta sis. P H.  
Ut ni eximium neminem habeam & Sy. neminem.  
Nam nemo illorum quisq; scito ad te uenit,  
Quin ita paret se se, abs te ut blanditiis suis  
Quam minimo precio suam uoluptatem expleat.  
Hiscine tu amabo non contra insidiabere & P H.  
Tamen eandem pol esse omnibus iniurium est. Sy.  
Iniurium est autem ulcisci aduersarios &  
Aut qua uia captent te illi, eadem iplos capi?  
Eheu me miseram, cur non aut istae mihi  
Aetas & forma est, aut tibi haec sententia?

Senarii.

## PARMENO. PHILOTIS. SYRA.

Enex si queret me, modo isse dico  
Ad portum percontatum aduentum Pamphili.  
Audin quid dicam Syre & si queret me uti  
Tum dicas, si non queret, nullus dixeris.  
Alias ut uti possim causa hac integra.  
Sed uideon ego Philotim & unde haec aduenit?  
Philotis salue multum. P H. o salue Parmeno. Sy.  
Salue me caſtor Parmeno, P A. & tu ædepol Syra.  
Dic mihi Philotis ubi te oblectasti tam diu & P H.  
Minime equidem me oblectauit, quæ cum milite  
Corinthum hinc sum profecta inhumanissimo,  
Biennium ibi perpetuum misera illum pertuli. P A.

## ACTVS PRIMVS. Fo. LXXVIII

Aedepol te desyderium Athenarum arbitror  
Philotim cœpisse ſæpe, & te tuum  
Consilium contempſiſſe. P H. non dici potest  
Quam cupida eram huc redeundi, & abeundi a milite,  
Vosq; hic uidendi, antiqua ut consuetudine  
Agitarem inter uos libere conuiuim.  
Nam illic haud licet bat nisi præfinito loqui  
Quæ illi placent. P A. haud opinor commode  
Finem statuisse orationi militem. P H.  
Sed quid hoc negoci est, modo quæ haec narravit mihi  
Hic intus Bacchis quod ego nunq; credidi  
Fore, ut hac ille uiua posset animum inducere  
Uxorem habere. Pa. habere autem? Ph. echo tu annō habet? Pa.  
Habet, sed firmæ hæ uereor ut sint nuptiæ. P H.  
Ita Dii deæq; faxint, si in rem est Bacchidis.  
Sed qui istuc credam ita esse & dic mihi Parmeno. P A.  
Non est opus pr. olatu, hoc percontarier  
Desiste. P H. nempe ea causa ut ne id fiat palam.  
Ita me dii bene ament, haud propterea te rogo  
Ut hoc proferam, sed ut tacita mecum gaudeam. P A.  
Nunquam dices tam commode, ut tergum meum  
Tuam in fidem committam. P H. ah noli Parmeno,  
Quasi tu non multo malis narrare hoc mihi,  
Quam ego quæ perconter scire. P A. uera haec prædicat.  
Et illud mihi maximum uitiumſt, si mihi fidem  
Das, te tacituram, dicam. P H. ad ingenium redit.  
Fidem do, loquere. Pa. ausculta, Ph istic ſum. Pa. hæ Bacchidē  
Amabat ut cum maxime tum Pamphilus,  
Cum pater uxorem ut ducat orare occipit,  
Et haec communia omnium quæ ſunt patrum  
Se ſenem eſſe dicere illum autem eſſe unicūm  
Præſidium uelle ſe ſenectuti ſuæ.  
Ille primo ſe negare, ſed poſtq; acrius

## HECYRA

Pater instat, fecit animi ut incertus foret,  
 Pudori an ne amori obsequeretur magis.  
 Tundendo, atq; odio deniq; effecit senex.  
 Despondit ei gnatam huius uicini proximi.  
 Vsq; illud uisum est Pamphilo neuti<sup>q</sup> graue,  
 Donec iam in ipsis nuptiis, postq; uidet  
 Paratas, nec moram ullam quin ducat dari.  
 Ibi demum ita ægre tulit, ut ipsam Bacchidem  
 Si adesset, credo ciuius commisereret.  
 Vbicunq; datum erat spaciū solitudinis,  
 Ut colloqui mecum una posset. Parmeno  
 Perii, quid ego egi? in quod me conieci malum?  
 Non potero hoc ferre Parmeno, perii miser. PH.  
 At te Dii deaq; perduint cum istoc odio Laches. PAR.  
 Ut ad pauca redeam, uxorem deducit domum.  
 Nocte illa prima uirinem non attigit.  
 Quæ consecutast nox, eam nihil magis. PH.  
 Quid ais? cum uirgine una adulescens cubuerit,  
 Plus potis se abstinere ut potuerit?  
 Non uerisimile dicas, nec uerum arbitror. PAR.  
 Credo ita uideri tibi, nam nemo ad te uenit,  
 Nisi cupiens tui, ille inuitus illam duxerat. PH.  
 Quid deinde fit? PA. diebus sane pauculis.  
 Post Pamphilus me solum seducit foras.  
 Narratq; ut uirgo a se integrā etiam tum siet.  
 Seq; anteq; eam uxorem duxisset domum,  
 Sperasse eas tolerare posse nuptias.  
 Sed quam decerim me non posse diutius  
 Habere, eam ludibrio habeti Parmeno.  
 Quin integrā itidem reddam, ut accepi a suis.  
 Neq; honestum mihi neq; utile ipsi uirgini est. PH.  
 Pium, ac pudicum ingenium narras Pamphili. PA.  
 Hoc ego proferre incommodum esse mihi arbitror,

## ACTVS PRIMVS.

Fo. LXXIX

Reddi patri autem ( cui tu nihil dicas uiti  
 Superbum est ) sed illam spero, ubi hoc cognouerit,  
 Non posse se mecum esse, abituram deniq; . PH.  
 Quid interea? ibat ne ad Bacchidem? PA. quotidie  
 Sed ut fit, postq; hunc alienum ab se se uidet,  
 Maligna multo, & magis prōcax facta illico est. PH.  
 Non ædepol mirum. PA. atqui ea res multo maxime  
 Disiunxit illum ab illa, postq; & ipse se se  
 Et illam, & hanc, quæ domi erat, cognouit satis,  
 Ad exemplum ambarum mores earum existimans,  
 Hæc ita uti libera, esse ingenio decet,  
 Pudens, modesta, incommoda atq; iniurias  
 Viri omnes ferre, & tegere contumelias.  
 Hic animus partim uxoris misericordia  
 Deuinctus, partim uictus huiusce iniuriis,  
 Paulatim elapsus Bacchidi, atq; huic transtulit  
 Amorem, postq; par ingenium nactus est.  
 Interea in Imbro moritur cognatus senex  
 Horum, ad hos redibat lege hæreditas.  
 Eo amantem inuitum Pamphilum extrudit pater.  
 Reliquit cum matre hic uxorem, nam senex  
 Rus abdidit se se, huc raro in urbem comeat. PH.  
 Quid adhuc habent infirmitatis nuptiæ? PA.  
 Nunc audies, primum dies complusculos  
 Bene conueniebat sane inter eas, interim  
 Miris modis odisse cœpit Sofratam,  
 Neq; lites ullæ inter eas, postulatio  
 Nunq;. PH. quid igitur? PA. si quando ad eam accederat  
 Confabulatum, fugere e conspectu illico,  
 Videre nolle, deniq; ubi non quit pati,  
 Simulat se a matre accersi ad rem diuinam, abiit.  
 Vbi illic dies est compluris, accersi iubet,  
 Dixere causam, tunc nescio quam, iterum iubet,

## HECYRA

Nemo remisit ,postquam accersiuit s̄epius,  
Aegram esse simulant mulierem ,nostra illico  
It uisere ad eam ,admisit nemo ,hoc ubi senex  
Resciuit ,heri ea causa rure huc aduenit ,  
Patrem continuo conuenit Philumenæ .  
Quid egerint inter se nondum etiam scio ,  
Nisi sane curæ est quorsum euenterum hoc siet .  
Habes omnem rem ,pergam quo cœpi hoc iter . P H I .  
Et quidem ego ,nam constitui cum quodam hospite  
Me esse illum conuenturam . P A . Dii uortant bene  
Quod agas . P H . uale . P A R . & tu bene uale Philotis .

Tetrametri ,Senarii ,& Septenarii nonnulli .

## LACHES. SOSTRATA.

## ACTVS SECUNDVS.

ROH DEV M ATQ VE HOMIN VM fidem  
quod hoc genus est ,quæ hæc coniuratio  
Vt omnes mulieres eadē æque studeat ,nolintq; omnia ,  
Neq; declinatam quicquam ab aliarū ingenio ullam reprias .  
ITA Q VE adeo uno animo omnes Socrus oderunt nurus .  
Viris esse aduersas æque studium est ,similis pertinacia est ,  
In eodem omnes mihi uidentur ludo doctæ ad maliciam ,  
Et ei ludo si ullus est ,magistram hanc esse satis certo scio . S O .  
Me miseram ,quæ nunc quā ob rem accuser nescio . L A . hem  
Tu nescis ? S O . non ,ita me Dii bene amant mi Laches .  
Itaq; una inter nos agere ætatē liceat . La . Dii mala prohibeāt . So .  
Meq; abs te immerito esse accusatā postmodū rescisces . La . scio .  
Te immerito ? an quicq; pro istis factis dignum te dici potest ,  
Quæ me ,& te ,& familiā dedecoras ,filio luſtum paras ?  
Tum autem ex amicis inimici ut sint nobis affines facis ?

## ACTVS SECUNDVS Fo. LXXX

Qui illū decretur dignū suos cui liberos committerent ,  
Tu sola exhorrere q; pturbas hæc tua impudētia . So . egō ne ? L .  
Tu inquā mulier quæ me omnino la pidē ,haud hoīem putas ,  
An quia ruri esse crebro soleo ,nescire arbitramini  
Quo quisq; pacto hic uitam uestrorum exigat  
Multo melius hic quæ sunt ,q; illic ubi sum assidue scio .  
Ideo quia ut uos mihi domi eritis ,proinde ego ero fama foris .  
Iam pridem equidē audiui cœpisse odium tui Philumenam .  
Minimeq; adeo mirum ,& ni id fecisset ,magis mirum foret .  
Sed non credidi adeo ,ut etiam totam hanc odiasset domū ,  
Quod si scisssem ,la hic maneret potius ,tu hinc isses foras .  
At uide q; immerito ægritudo hæc oritur mihi abs te Sostrata .  
Rus habitatum abii ,concedens uobis ,& rei seruiens .  
Sumptus uestros ,ociumq; ,ut nostra res posset pati ,  
Meo labore haud parcens præter æquū ,atq; ætatem meam .  
Non te pro his curasse rebus ,nequid ægre esset mihi ? S O .  
Non mea opera neq; pol culpa euenerit . L A . immo maxime ,  
Sola hic fuisti ,in te omnis hæret culpa ,sola Sostrata  
Quæ hic erant curares ,cum ego uos solui curis cæteris .  
Cum puella anum suscepisse inimicitias non pudet ?  
Illius dices culpa factū . S O . haud equidē dico mi Laches . L A .  
Gaudeo ( ita me Dii ament ) gnati causa ,nam de te quidē  
Satis scio ,peccando detrimenti nihil fieri potest . S O .  
Qui scis an ea causa mi uir me odiisse assimularit ?  
Vt cum matre una plus esset . L A . quid ais ? non signi sat est  
Quod heri nemo uoluit uisentē te ad eam intromittere ? S O .  
Enim lapsam oppido tū aiebant ,eo ad cā nō admissa sum . La .  
Tuos esse illi mores morbi magis ,q; ullam aliā rem arbitror ,  
Et merito adeo ,nam uestrarū nulla est ,quin gnatum uelit  
Ducere uxorem ,& quæ uobis placita conditio est datur .  
Vbi duxere impulsu uestro ,uestro impulsu easdē exigunt .

Tetrametri quadrati .

HECYRA  
PHIDIPPVS. LACHES. SOSTRATA:

c T s̄ scio ego Philumena meum esse ius, ut te cogam  
Quæ ego imperē facere, ego tñ patrio aio uictus faciā  
Vt tibi concedam, neq; tuæ libidini aduersabor. L A.  
Atq; ecclum Phidippū optime uideo, ex hoc iam scibo quid siet  
Phidippe, & si ego oib⁹ scio me esse apprime obsequente,  
Sed non adeo ut facilitas mea illorum corrumpat animos.  
Quod situ idē faceres, magis in tem & nostrā & uost̄ id esset.  
Nunc uideo in illarum potestate esse te. P H. eia uero. L A.  
Adii te heri de filia, ut ueni itidem incertum & misisti.  
Haud ita decet, si perpetuam uis esse affinitatem hanc,  
Celare te iras, si quid est peccatum a nobis profer.  
Aut ea refellendo, aut purgando uobis corrigemus,  
Te iudice ipso, sin east causa retinendi apud uos  
Quia ægra est, te mihi iniuriam facere arbitror Phidippe.  
Si metuis, satis ne ut meæ domi curetur diligenter.  
At ( ita me Dii ament ) haud tibi hoc concedo, & si illi pater es,  
Vt tu illam saluam magis uelis, q̄ ego id adeo gnati causa  
Quē ego intellexi illā haud minus q̄ se ipsum magnificare.  
Neq; adeo mie clam est, q̄ esse eum grauiter laturū credam.  
Hoc si rescuerit, eo domū, studeo hæc priusq; ille huc redeat. Ph.  
Laches, & diligentiam uestram, & benignitatēm.  
Noui, & quæ dicis omnia esse ut dicis animum induco,  
Et te hoc mihi cupio credere, illam ad uos redire studeo,  
Si facere possim ullo modo. L A. quæ rest te facere id prohibet?  
Eho nunqd nā accusat uirū? P H. minime, nā postq; attendi  
Magis, & ui cepi cogere ut rediret, sancte adiurat  
Non posse apud uos Pamphilo absente perdurare.  
A L I V D fortasse aliis uitii est, ego sum animo leni natus.  
Nō possum aduersari meis. La. hē sostrata. So. heu me miserā. L.  
Certū ne est istuc? P H. nūc quidē ut videſ, sed nūc quid uis?  
Nam est quod me forum transire iam oportet. La. eo tecū una.

ACTVS TERTIVS.  
Similes superioribus.

Fo. LXXXI

SOSTRATA.

æ Depolne nos mulieres sumus, & que offines inuisæ uiris  
Propter paucas, q̄ oēs faciūt dignæ, ut uideamur malo  
Nam ( ita me Dii ament ) quod me accusat nunc uir, sum ex  
tra noxiā.  
Sed non facile est expurgatu, ita animū induxerunt, socrus  
Omnes esse iniquas, haud pol me quidē, nam nunq; secus  
Habui illā ac si ex me esset nata, nec qui hoc mihi eueniat scio,  
Nisi pol filium multis modis iam expecto ut redeat domū.

Tetrametri, Senarii, & Dimeter unus.

PAMPHILVS. PARMENO. MYRRHINA.

TERTIVS ACTVS.

n Emini ego plura acerba esse credo ex amore homini  
unquam oblata  
Quā mihi, heu me infelicē, hancine ego uitā parsi perdere?  
Hacine causa ego eram tantopere cupidus redeundi domū?  
Cui quanto fuerat præstabilius, ubiuis gentiū agere & atatē  
Quam huc redire, atq; hæc ita esse miserū me resciscere?  
Nam nos omes, quibus est alicunde aliquis obiectus labos,  
Omne quod est interea tēpus, priusq; id rescitūst lucrost. P A.  
At sit, citius qui te expediā his ærumnis reperias.  
Si non redilles, hæc factæ essent multo ampliores.  
Sed nunc aduentū tuum ambas Pamphile scio reuerituras.  
Rem cognosces, iram expedites, rursum in gratiam restitues.  
Leuia sunt hæc, quæ tu pergrauia esse in animū induxti tuū. P A.  
Quid consolare me? an quisq; usq; gentiū est & que miser?

## HECYRA

Priusq; hanc uxorem duxi , habebat alibi animū a m p o r i deditū.  
 I am in hac re ut faceam , cuiuis facile scitu q; fuerim miser.  
 Tamē nunq; ausus sum recusare eam, quam mihi obtrudit pater,  
 Vix me illinc abstraxi , atq; impeditū i ea expediui animū meū,  
 Vixq; hoc cōtulerā,hē noua res ortast,porro ab hac q; me abstra  
 Tū matrē ex ea re aut me uxorē i culpa inuēturū arbitror , ( hat.  
 Quod cū ita esse inuenero, quid restat porro nisi ut fiam miser ?  
 Nam matris ferre iniurias me Parmeno pietas iubet.  
 Tum uxori obnoxius sum, ita olim suo me ingenio pertulit.  
 Tot meas iniurias,quæ nunq; ullo patefecit loco.  
 Sed magnum nescio quid necesse est evenisse Parmeno.  
 Vnde ira inter eas intercessit ,quæ tam permansit diu. P A .  
 Haud quidē hercle parumst, si uis uero uerā rationē exequi ,  
 Non maxumas quæ maxumæ sunt interdum iræ ,iniurias  
 Faciunt,nam sēpe est in quibus rebus aliis ne iratus quidē est,  
 Cum de eadem causa est iracundus factus inimicissimus .  
 P V E R I inter se se q; pro leuibus noxis iras gerunt &  
 Quapropter quia eīn qui eos gubernat animus infirmū gerunt &  
 Itidem illæ mulieres sunt ferme ut pueri leui sententia .  
 Fortasse unū aliquod uerbū inter eas irā hāc cōcuerit . Pam .  
 Abi Parmeno intro ,ac me uenisse nuncia. P A . hem quid hoc  
 est ? P A M . tace ,  
 Trepidari sentio ,cursari sursum prorsum ,agedum ad fores  
 Accede propius. Par , hem sensit in ? Pam . noli fabularier .  
 Proh lupiter clamorē audio. Par . tute loqueris ,me uetas & My .  
 Tace obsecro mea gnata. Pam . matris uox uisasti Philumenæ .  
 Nullus sum. Par . qui dū? Pā . quia perii . Par . quā ob rem ? Pam .  
 Nescio quod magnum malum  
 Profecto Parmeno me celas . Par . uxorem philumenam  
 Pauitate nescio ,quid dixerunt ,id si forte est nescio . Pam .  
 Interii ,cur mihi id nō dixi ? Par . quia nō poterā una omnia. Pā .  
 Quid morbi est ? Par . nescio . Pam . quid & nemon medicū ad-  
 duxit ? Par . nescio . Pam .

## ACTVS PRIMVS

Fo. LXXXII

3  
 Cesso hinc ire intro ,ut hoc q; primū quicq; d est certū sciam ?  
 Quo nam modo philumena mea nūc te offendā affectam ?  
 Nā si periculū ullū in te est ,perisse me una haud dubiū est. Par .  
 Non usus fa&o est mihi nunc hunc intro sequi .  
 Nam inuisos omnes nos esse illis sentio .  
 Heri nemo uoluit Sostratam intro admittere .  
 Si forte morbus amplior factus siet ,  
 Quod sane nolim maxime heri causa mei ,  
 Seruon illico introisse dicent Sostratae .  
 Aliquid tulisse comminiscetur mali ,  
 Capiti atq; ætati illorum morbus qui auctus siet ,  
 Hera in crimen ueniet,ego uero in magnum malum .

Quadrati ,& Septenarii penultima longa .

## SOSTRATA. PARMENO. PAMPHILVS.

Sōtrata  
 Escio quid iamduū hic audio tumultuari misera .  
 n Male metuo ne philumenæ magis morb⁹ aggrauescat .  
 Quod te Aesculapi ,& te salus ,ne quid sit huius oro .  
 Nunc ad eam uisam . Par . heus Sostrata . S O . hem . Par . ite  
Vib. tam defloratione  
sostrata  
 rum istinc excludere . S O .  
 Ehem Parmeno tun hic eras & perii ,quid faciam misera ?  
 Non uisam uxore Pamphili ,cū in proximo hic sit ægra & Par .  
 Non uisas ,nec mittas quidem uisendi causa quenquam .  
 N A M Q V I amat cui odio ipsus est ,bis facere stulte dico .  
 Laborem inanem ipsus capit ,& illi molestiam affert ,  
 Tum autem filius introiit uidere ut uenit quid agat . S O .  
 Quid aīs an uenit Pamphilus & Pa . uenit . So . dis habeo gratias .  
 Hem istoc uerbo animus mihi rediit ,& cura ex corde excessit .  
 Iam ea te causa maxime huc nunc introire nolo , ( Pa .  
 Nam si remittent quippiam philumenam dolores ,  
 Omnem rem narrabit scio continuo sola soli ,

## HECYRA

Quæ inter uos interuenit, unde ortumst initium iræ,  
Atq; eccū uideo ipm egredi, q̄ tristis est. So. o mi gnate Pam.  
Mea mater salue. SO. gaudeo uenisse saluum, saluan  
Philumena est Pam. meliuscula est. So. utinā istuc ita dii faxint.  
Quid tu igif lacrumas? qd es nūc tā tristis Pam. recte mater. So.  
Quid fuit tumulti? dic mihi, an dolor repente inuasit Pam.  
Ita factūst. S. qd morbi est Pam. febris. So. quotidiana Pam. ita aiūt,  
Isodes intro, consequar iam te mea mater. SO. fiat. Pam.  
Tu pueris curre Parmeno obuiam, atq; his onera adiuta. Pa.  
Quid? nō sciunt ipsi uiiam domū qua redeant Pam. cessas?

Tetrametri, & Septenarii penultiima longa, & Senarii pauci.

## PAMPHILVS.

Equeo mearū rerū initiū ullum inuenire idoneum,  
n Vnde exordiar narrare, quæ nec opinanti accidentur,  
Partim q̄ perspexi his oculis, partimq; accepi auribus,  
Qua me propter examinatum citius eduxi foras.  
Nam modo me intro ut corripui timidus, alio suspicans  
Morbo me uisurum affectam, ac sensi esse uxorem, hei mihi  
Postq; me aspexere ancillæ aduenisse, illico omnes simul  
Latæ exclamant, uenit, id quod me de repente aspexerant.  
Sed continuo uultum earum sensi immutari omnium,  
Quia tam incommode illis foras obtulerat aduentum meum.  
Vna illarum forte interea propere præcurrit nuncians  
Me uenisse, ego eius uidendi cupidus, recta consequor.  
Postq; introii, extemplo eius morbum cognoui miser.  
Nam neq; ut celari posset, tempus, spaciū illum dabant.  
Neq; uoce alia, ac res monebat ipsa poterat conqueri.  
Postq; aspexi, oh facinus indignum inquam, & corripui illico,  
Me inde lacrumans, incredibili re, atq; atroci percitus.  
Mater consequitur, iam ut limen exirem ad genua accidit

## ACTVS TERTIVS

Fo. LXXXIII

Lacrumans misera, miseritust, profecto hoc sic est ut puto.  
Omnibus nobis, ut res dant se se, ita magni atq; humiles sum⁹.  
Hanc habere orationem mecum a principio instituit.  
O mi Pamphile abs te quā ob rem hæc abierit causam uides.  
Nam uitium est oblatū virgini olim ab nescio quo improbo,  
Nunc huic configit, te atq; alios, partum ut celaret suum.  
Sed cum orata eius reminiscor, nequeo quin lacrumem miser  
Quæq; fors fortuna inquit, nobis quæ te hodie obtulit.  
Per eam te obsecramus ambæ, si ius, si fas est uti,  
Aduorsa eius per te testa tacitaq; apud omnes sient,  
Si unq; erga te anirō esse amico sensisti, eam mi Pamphile  
Sine labore hanc gratiā te uti sibi des pro illa nunc rogat.  
Cæterum de reducenda id facias quod in rem sit tuam.  
Parturire eam, neq; grauidam esse ex te solus conscius.  
Nam aiunt tecum post duobus concubuisse eam mensibus.  
Tum postq; ad te uenit, mensis iam hic agitur septimus,  
Quod te scire ipsa indicat res, nunc si potis est Pamphile.  
Maxime uolo, doq; operā, ut clam partus eueniatur patrem.  
Atq; adeo omnis, sed si non potest id fieri quin sentiant,  
Dicam abottum esse, scio nemini aliter suspectum fore,  
Quin quod uerisimile est, ex te recte eum natum putent.  
Continuo expōnetur, hic tibi nihil est quicq; incommodi,  
Et illi miseræ indigne factam iniuriam contexeris.  
Pollicitus sum, & feruare in eo certumst quod dixi fidem.  
Nam de reducenda id uero neuti⁹ honestum esse arbitror.  
Nec faciam, & si me amor grauiter consuetudoq; tenet.  
Lacrumo quæ posthac futura sit uita, cum in mentem uenit  
Solitudoq;, O FORTVNATU nunq; perpetuo es bona.  
Sed iam prior amor ad hanc rem excitatum me reddidit.  
Quæ ego tum consilio missum feci, idē nunc huic operā dabo.  
Adest Parmeno cum pueris, hunc minimest opus  
In hac re adesse, nam olim soli credidi  
Ea me abstinuisse in principio cum data est.

## HECYRA

Vereor si clamorem eius hic crebro exaudiat,  
Ne parturire eam intelligat, aliquo mihi est  
Hinc ablegandus, dum parit Philumena.

Senarii.

## PARMENO. SOSIA. PAMPHILVS.

In tu tibi hoc incommodum euenisse iter? SO.

a Non hercle Parmeno uerbis dicipotest

Tantum, q̄ re ipsa nauigare incommodumst. PA.

Ita ne est? SO. o fortunate, nescis quid mali

Præterieris, qui nunq̄ es ingressus mare.

Nam alias ut omittam miserias, unam hanc uide,

Dies triginta, aut plus eo in naui fui.

Cum interea semper mortem expectabam miser.

Ita usq; aduorsa tempestate usi sumus. PAR.

Odiosum, SO. haud clam me est, deniq; hercle aufugerim

Potius q̄ redeam, si eo mihi redeundum sciam. PAR.

Olim te quidem causæ impellebant Ieu es

Quod nunc minitare facere, ut faceres Sosia.

Sed Pamphilum ipsum uideo stare ante hostium,

Ite intro, ego hunc adibo si quid me uelit.

Here etiā tu nunc hic stas? Pā. & quidē te expecto. Pa.qd est? Pā.

In arcem transcurso opus est. Par. cui homini? Pam. tibi. Pa.

In arcem? quid eo? P A M. Callidemidem hospitem

Myconium, qui mecum una aduentus est conueni. PAR.

Perii, nouisse hunc dicam, si saluus domum

Redisset unq; ut me ambulando rumperet. P A M.

Quid cessas? Par. quid uis dicam? an conueniam modo? Pam.

Immo quod constitui me hodie conuenturum eum

Non posse, ne me frustra illic expectet, uola. PAR.

At non noui hominis faciem. Pam. at faciam ut noueris.

## ACTVS TERTIVS. Fo. LXXXVII

Magnus, rubicundus, crispus, crassus, cæsius. PAR.

Cadauerosa facies, Dii illum perduint.

Quid si non ueniet, maneam ne usq; ad uesperum? Pam..

Maneto, curre. Par. non quo, ita defessus sum. Pam.

Ille abiit, quid agam infelix? profrus nescio

Quo pacto hoc celem, quod me orauit Myrrhina

Suæ gnatae partum, nam me miseret mulieris.

Quod potero faciam, tamen ut pietatem colam.

Nam me parenti potius, q̄ amori obsequi

Oportet, at at ecum Phidippum & patrem

Video, horum per gunt, quid dicam hisce incertus sum

Octonarii, Senatii, & Trochaici admixti.

## LACHES. PHIDIPPVS. PAMPHILVS.

d Ixtin dudum dixisse illam se expectare filium? PH.

Factū. L. uenisse aiut, fedeat. Pā. quā causam dicā patri,

Quā ob rē nō reducā nescio. La. quē ego hic audiui loqui? Pā.

Certum obfirmare est uiā, me quam decreui persequi. LA.

Ipsus est, de quo hoc agebam, tecū. Pam. salue mi pater. LA.

Gnate mi salue. PH. bene factum te aduenisse Pamphile

Atq; adeo quod maximūst, saluū atq; ualidum. Pam. credit. L.

Aduenis modo? Pam. admodū. La. cedo quid reliquit Phania

Consobrinus noster? Pā. sane hercle homo uoluptati obseques

Fuit dum uixit, & qui sic sunt, haud multū hæredem adiuuant.

Sibi uero hanc laudem reliquit, uixit dum uixit bene. LA.

Tum tu igitur nihil attalsti huc plus una sententia? Pam.

Quicquid est, id quod reliquit profluit. La. immo obfuit.

Nam illū uiuū & saluū uellem. PH. impune optare istuc licet.

Ille reuiviscet iam nunq; & tamen utrum malis scio. LA.

Heri Philumenam ad se accersi hic iussit, dic iussisse te. PH.

Noli fodere latus, iussi. La. sed iā remittet eā. PH. scilicet. Pam.

## HECYRA

Omnem rem scio, ut sit gesta, adueniens audiui omnia. L A.  
At istos inuidos dii perdant, qui haec libenter nunciant. Pam.  
Ego scio me cauisse, ne ulla merito contumelia  
Fieri a uobis posset, idq; si nunc memorare hic uelim,  
Quam fidelis animo, & benigno in illam, & clementi fui,  
Vere possim, ni te ex ipsa id magis uelim resciscere.  
Namq; eo pasto maxime apud te meo erit ingenio fides,  
Cum illa quae nunc in me iniqua est, aqua de me dixerit.  
Neq; culpa hoc euenisce dissidium mea, id testor deos.  
Sed quando se se indignam deputat matri meae,  
Cui concedat, cuiusq; mores toleret sua modestia,  
Neq; alio pacto componi potest inter eas gratia.  
Segreganda aut mater est a me Phidippe, aut Philumena.  
Nunc me pietas matris potius commodum suadet sequi. L A.  
Pamphile ad aures haud inuito sermo mihi accessit tuus,  
Cum post putasse omnes res te pra parente intelligo.  
Verum uide ne impulsus ira praeuictus insistas Pamphile. P A M.  
Quibus iris impulsus nunc in illam iniquus sim?  
Quae nunq; quicq; erga me commeritast pater?  
Quod nolle, & saepe quod uellem meritam scio.  
Amoq; & laudo, & uehementer desydero.  
Nam fuisse erga me miro ingenio expertus sum.  
Illiq; exopto ut reliquam uitam exigat  
Cum eo uiro me qui sit fortunatior,  
Quandoquidem illam a me distrahit necessitas. P H.  
Tibi id in manu est ne fiat. L A. si sanus es  
Iube illam redire. P A M. non est consilium pater.  
Matris seruibo commodis. L A. quo abis? mane  
Mane inquam, quo abis? P H. quae haec est pertinacia? L A.  
Dixi Phidippe hanc rem argre laturum esse eum?  
Quam ob rem te orabam ut filiam remitteres. P H.  
Non credidi adeo inhumanum fore.  
Ita nunc is sibi me supplicaturum putat.

## ACTVS QVARTVS

Fo. LXXXV

Si est ut uelit reducere uxorem licet.  
Sin alio est animo, renumeret dotem, huc eat. L A.  
Ecce autem tu quoq; proterue iracundus es. P H.  
Percontumax redisti huc nobis Pamphile. L A.  
Decedet iam ira haec, & si merito iratus est. P H.  
Quia paululum uobis accessit pecuniae,  
Sublati animi adsunt. L A. etiam mecum litigas? P H.  
Deliberetq; renuncietq; hodie mihi  
Velit ne annon, ut alii, si huic non sit siet. L A.  
Phidippe ades, audi paucis, abiit, quid mea?  
Postremo inter se lansigant ipsi ut lubet,  
Quando nec gnatus, neq; hic mihi quicq; obtemperant.  
Quae dico paruipendunt, porto hoc iurgium  
Ad uxorem, cuius fiunt haec consilio omnia,  
Atq; in eam hoc omne quod mihi argest euomam.

Trimetri, Tetrametri, & duo Dimetri.

## MYRRHINA. PHIDIPPVS.

## QVARTVS ACTVS.

Erii, quid agas? quo me uortas? qd meo uiro respodebo  
p Misera, nam audisse uocem pueri uisus est uagientis.  
Ita corripuit de repente tacitus se ad filiam.  
Quod si rescuerit peperisse ea, id qua causa clam me habuisse  
Dicam? non adepol scio.  
Sed hostiu cocepuit, credo ipsum ad me exire, nulla sum. Ph.  
Vxor ubi me ad filiam ire sensit, seduxit foras, atq; eccam  
Video, qd agis myrrhina? heus tibi dico. M. mihi ne mi uir? P.  
Vir ego tuus sum? tu uiru me aut hoiem deputas adeo esse.  
Nam si utrum uis horum mulier unq; tibi uisus forem.  
No sic ludibrio tuis factis habitus essem. My. qb? P. at rogitasse  
y

## HECYRA

Peperit filia & hem taces  
 Ex quo? My. istuc patrē rogare est & quū? perii, ex quo censes,  
 Nisi ex illo cui data est nuptum obsecro & P.H.  
 Credo, neq; adeo arbitrari patris est aliter, sed demiror  
 Quid sit, quā ob rem tantopere hunc oēs nos celare uolueris  
 Partum, prāsertim cum & recte & tempore suo pepererit.  
 Adeon peruicaci esse animo, ut puerum prāoptares perire,  
 Ex quo firmorem inter nos fore amicitiam posthac scires  
 Potius q̄ aduersus animi Itui ibidinem esset cum illo nupta &  
 Ego etiā illorū esse hanc culpam credidi, quæ test penes. M.Y.  
 Misera sum Ph. utinā sciā ita esse istuc, sed i. ac mihi i mēte uenit  
 Ex hac re quod locuta es olim, cum illū generum cœpimus.  
 Nam negabas nuptam filiam tuam posse te pati  
 Cum eo qui meretricē amaret, & qui pernoctaret foris. My.  
 Quamuis causam hunc suspicari q̄ ipsam ueram uolo. P.H.  
 Multo prius sciui, q̄ tu illū amicam habere Myrrhina.  
 Verum id uitium nunq̄ decreui esse ego adolescentiæ,  
 Nā id omnibus innatū, at pol iam aderit se quoq; cū oderit.  
 Sed ut olim te ostendisti eadē esse, nihil cessauisti usq; adhuc.  
 Ut filiam ab eo abduceres, neu quod ego eḡ issem esset ratū.  
 Id nunc res indiciū haec facit quo pacto factū uolueris. My.  
 Adeon me esse peruicacem censes cui mater siem?  
 Vt eo essem animo, si ex usu esset nostro hoc matrimoniū & Ph.  
 Tunc prospicere, aut iudicare nostram in rem quod sit potes?  
 Audistin ex aliquo fortasse qui uidisse eum diceret  
 Exeunte aut introeunte ad amicā & quid dum postea?  
 Si modeste ac raro hoc fecit & nonne ea dissimulare nos  
 Magis humanū est, q̄ dare operam id scire qui nos oderit?  
 Nam si is posset ab ea se se repente auellere,  
 Qua cū tot consuescet annos, non eum hominē ducerem,  
 Nec uirū satis firmū gnatae. My. mitte adolescentē obsecro.  
 Et quæ me peccasse aīs, abi, solum solus conueni.  
 Roga uelit ne an non uxorem, si est, ut dicat uelle se.

## ACTVS QVARTVS Fo. LXXXVI

Redde, autem sin est ut nolit, recte consului mea. P.H.  
 Siquidē ipse ille nō uult, & tu sensisti esse in eo Myrrhina  
 Peccatum, aderam, cuius consilio ea par fuerat prospici.  
 Quā ob ré incendor ira, te esse ausam facere hæc iniussu meo.  
 Interdico ne extulisse extra ædis puerum usq; uelis,  
 Sed ego stultior meis dictis, qui parere hanc qui postulem,  
 Ibo intro, atq; edicam seruis, ne quoq; ecferri sinant. My.  
 Nullam pol credo mulierem me miseriorem uiuere.  
 Nam ut hic latus hoc sit, si ipsam rem ut siet rescuerit,  
 Non ædepol clam me est, cum hoc quod leuius sit tam animo  
 iracundo tulit.  
 Nec qua uia sententia eius mutari possit scio.  
 Hoc mihi unū ex plurimis miseriis reliquū fuerat malum,  
 Si puerum ut tollam cogit, cuius nos qui sit nescimus pater  
 Nā cū cōpressa est gnata, forma in tenebris nosci nō quita est,  
 Neq; detractū ei tum quicq; est qui post possit nōscier qui siet.  
 Ipse eripuit ui in digito, quem habuit uirgini abiens annulum.  
 Simul uereor Pamphilum ne orata nostra ne queat diutius  
 Celare, cum sciet alienum puerum tolli pro suo.

## TETRAMETRI.

### SOSTRATA. PAMPHILVS.

On clā me est mi gnate tibi me esse suspectā, uxorē tuā  
 Propter meos mores hinc abisse, & si ea dissimulas se-  
 dulo.  
 Verū ita me Dii ament, itaq; obtingant ex te quæ opto mihi,  
 Vt nunq̄ sciens commerui merito, ut caperet odiū illa mei.  
 Teq; anteq; me ualde amare rebar, ei firmasti fidem.  
 Nā mihi intus tuus pater narrauit mō, quo pacto me habueris  
 Præpositam amori tuo, nunc tibi me certū est cōtra gratiam  
 Referre, & apud me præmium esse politū pietatis scias.

## HECYRA

Mi Pamphile hoc uobis , & meæ cōmodū famæ esse arbitror.  
Ego rus abituram hinc cū tuo me esse certe decreui patre ,  
Ne mea præsentia obſtet , neu cauſa illa refet reliqua ,  
Quin tua philumena ad te redeat . Pa. quæſo qd istuc cōſilii eſt ?  
Illiſtū ſtultitia uicta ex urbe , tu rus habitatum migres ?  
Haud facies , neq; ſinam , ut qui nobis mater maledictū uelit ,  
Mea pertinacia dicat eſſe factum , haud tua modestia .  
Tum tuas amicas te , & cognatas deſerere , & festos dies  
Mea cauſa nolo . So. nihil iam mihi iſtæc res uoluptatis ferunt ,  
Dum ætatis tempus tulit , perfuncta ſatis ſum , ſatiſ iam tenet  
Studiorū iſtorū , hæc mihi nūc cura eſt max. na , ut ne cui mea  
Longinquitas ætatis obſter , mortem ue exoptet meam .  
Hic uideo me eſſe inuiſam immerito , tempus eſt concedere .  
Sic optimè ut ego opinor omnes cauſas præcidam omnibus ,  
Et me hæc uipſione exoluam ; & illis morem geffero .  
Sine me obſecro hoc effugere uulg⁹ qd male audit mulierū . Pa.  
Quam fortunatus cæteris ſum rebus abſq; una hæc foret ,  
Hanc matrē habēs talē illā aut̄ uxorē . So. obſecro mi Pamphile ,  
Non tu te rem incōmodā ut quæq; eſt in animū inducas pati .  
Si cætera ſunt ita ut tu uis , itaq; ut eſſe ego illam exiſtimo ,  
Mi gnate da ueniā hæc mihi , reduc illā . Pa. ue miſero mihi . So.  
Et mihi qdē , nā hæc res nō minus me male habet q; te gnate mi .

Oſtonarii , & quidam Quadrati .

## LACHES. SOSTRATA. PAMPHILVS.

Vem cum iſtoc ſermonem habueris procul hinc ſtans  
q accepi uxor .  
Iſtuc eſt ſapere , q ubiq; opus ſit animū poffiſ ſlectere .  
Quod faciundū fortalſe ſit poſt . idē hoc nunc ſi feceris . So.  
Forsuſat pol . La. abi rus ergo hinc , ibi ego te & tu me feres . So.  
Spero ecaſtor . La. I ergo intro , & compone quæ ſimul tecum

## ACTVS QVAR TVS

Fo. LXXXVII

Ferantur , dixi . S O. ita ut iubes faciam . Pam. pater . L A.  
Quid uis Paphile ? P. hic abire matrē cōmīte . L. qd iſtuc uis ?  
Quia de uxore incēr⁹ ſū etiā qd ſim facturus . La. qd eſt ? ( Pā .  
Quid uis facere , niſi reducere ? Pā. equidē cupio , & uix cōtineo  
Sed non minuam meū consiliū , ex uſu quod eſt id perſequar .  
Credo ea grātia concordes magis , ſi nō reducam fore . L A.  
Neficias , uerum id tua refert nihil utrum illæ fecerint ,  
Quando hac abierit , odiosa hæc eſt ætas adulementulis .  
E medio aq;um eſt excēdere , poſtremo iam nos fabulæ ſum⁹  
Paphile ſenex , atq; anus , ſed uideo Phidippū per tēpus egredi ,  
Accedamus .

Coniungitur cum eo quod ſequitur .

Senarii .

## PHIDIPPVS. LACHES. PAMPHILVS.

Ibi quoq; æde pol ſum iratus Philumena  
t Grauiter quidem , nam hercle abſ te factum eſt turpiter .  
Et ſi tibi cauſa eſt de hac re mater quæ te impulit .  
Huic uero nulla eſt , L A. oportune te mihi  
Phidippe in ipſo tempore oſtendis . P H. quid eſt ? Pam .  
Quid repondebo hiſ ? aut quo pacto hoc aperiam ? L A.  
Dic filiæ rus confeſſuram hinc Soſratam .  
Ne reuereatur minus iam quo redeat domum . P H. ah  
Nullam de his rebus culpam commeruit tua .  
A Myrrhina hæc ſunt mea uxore exorta omnia .  
Mutatio fit , ea nos perturbat Laches . P A M .  
Dūm ne reducam , turbent porro q; uelint . P H.  
Ego Pamphile eſſe inter nos ſi fieri potest  
Affinitatem hanc ſane perpetuam uolo .  
Sin eſt ut aliter tua ſiet ſententia ,  
Accipias puerum . Pam. ſenſit peperifſe , occidi . L A.  
Puerm eſt quem puerum eſt P H I . natus eſt nobis nepos .  
Nam abducta a uobis pregnans fuerat filia ,

y iii

## HECYRA

Neḡ fuisse pregnantem unq̄ ante hanc sciuī diēm. LA.  
 Bene Cita me Dii ament ) nuncias, & gaudeo  
 Natum illum, & illam laluam, sed quid mulieris  
 Vxorem habes? aut quibus moratam moribus?  
 Nos ne hoc celatos tam diu? nequeo satis  
 Quām hoc mihi uidetur factum prae proloqui. PH.  
 Non tibi illud factum minus placet, q̄ mihi Laches. Pam.  
 Et si iam dudum fuerat ambiguū hoc mihi,  
 Nunc non est cum eam iam consequitur alienus puer. La.  
 Nulla tibi Pamphile hic iam consultatioſt. P A M.  
 Perii. LA. hūc uidere ſaþe optabamus di m,  
 Cum ex te eſſet aliquis qui te appellaret patrem.  
 Euenit, habeo gratiam diis. P A M. nullus sum. LA.  
 Reduc uxorem, ac noli aduorsari mihi. P A M.  
 Pater ſi ex illa me liberos uellet ſibi,  
 Aut ſe eſſe mecum nuptam, ſatis certo ſcio,  
 Non me clam haberet quæ celaffe intelligo.  
 Nunc cum eius alienum eſſe a me animum ſentiam,  
 Nec conuenturum inter nos poſthac eſſe arbitror,  
 Quam ob rem reducam? LA. mater quod ſuasit ſua,  
 Aduleſcens mulier fecit, mirandum ne id eſt?  
**CENSENTE POSSE** reperire ullam mulierem  
 Quæ careat culpa? an quia non delinquunt uiri? PH.  
 Volmet uidete iam Laches, & tu Pamphile,  
 Remiſſam opus ſit uobis, an reductam domum.  
 Vxor quid faciat in manu non eſt mea.  
 Neutra in re uobis difficultas a me erit.  
 Sed quid faciemus puero? LA. ridicule rogas.  
 Quicquid futurum ſt huic, reddas ſuum ſcilicet,  
 Ut alamus noſtrum. Pam. quem ipſe neglexerit pater  
 Ego alam? LA. quid dixti, echo an non alemus Pamphile?  
 Prodeamus quæſo potius? qua hac amentia eſt?  
 Enim uero prorsus iam tacere nequeo.

## ACTVS QVARTVS.

Fo. . LXXXVIII

Nam cogis ea quæ nolo ut praefente hoc loquar.  
 Ignarum censes tuarum lacrumarum eſſe meſ?  
 Aut quid ſit hoc id ſollicitare ad hunc modum?  
 Primum ubi hanc di xti cauſam te propter tuam  
 Matrem non poſſe habere hanc uxorem domi,  
 Pollicita eſt ea ſe confeſſuram ex ædibus,  
 Nunc poſtq; ademptam quoq; hanc tibi cauſam uides,  
 Puer quia clam natus eſt, nactus alteram eſt.  
 Erras, tui animi ſi me eſſe ignarum putas,  
 Aliquando tandem huc animum ut adiungas tuum.  
 Quam longum ſpacium amandi amicam tibi dedi?  
 Sumptus quoſ fecisti in eam, quam animo æquo tuli?  
 Egi, atq; oraui te uxorem ut duceres.  
 Tempus dixi eſſe, impulſu duxiſt meo,  
 Quā tum obſecutus mihi feciſt ut decuerat.  
 Nunc animum rurſum ad meretricem induxiſt tuum.  
 Cui tu obſecutus facis huic adeo iniuriam.  
 Nam in eandem uitam te reuolutum denuo  
 Video eſſe. Pam. me ne? LA. te ipsum, & facis iniuriam,  
 Conſingis falſas cauſas ad discordiam,  
 Ut cum illa uiuas, teſtem hanc cum abs te amoueris.  
 Sensitq; adeo uxor, nam ei alia cauſa quæ fuit,  
 Quā ob rem abiret? Ph. plane hic diuinat, nā id eſt. Pā.  
 Dabo iuſiurandum nihil eſſe iſtorum tibi. LA. ah,  
 Reduc uxorem, aut quam ob rem non opus ſit cedo? Pam.  
 Non eſt nunc tempus. LA. puerum accipias, nam iſ quidē  
 In culpa non eſt, poſt de matre uidero. P A M.  
 Omnipotens miser ſum, nec quid agam ſcio.  
 Tot nunc me rebus miserum concludit pater.  
 Abibo hinc preſens, quando promoueo parum.  
 Nam puerum credo iniuſſu non tollent meo,  
 Praeſertim in ea re cuim ſit mihi adiutrix ſocrus. LA.  
 Fugis, hem? nec quicq; certi respondes mihi?

## HECYRA

Num tibi uidetur esse apud se se sine  
Puerum Phidippe, mihi cedo, ego aliam. P H. maxime,  
Non mirum fecit uxor mea si hoc ægre tulit.  
Amaræ mulieres sunt, non facile hæc ferunt.  
Propterea hæc irast, nam ipsa harrauit mihi,  
Id ego præsente hoc nolebam dicere,  
Neq; illi credebam primo, nunc uero palamis.  
Nam omnino abhorrere animum huic video nuptiis. L A.  
Quid ergo agam Phidippe? quid das consili? P H.  
Quid agas meretricem hanc primum adeundam censeo.  
Oremus, accusemus grauius, deniq; minite, si cum illo ha-  
buerit rem postea. L A.  
Faciam ut mones, cho puer curre ad Bacchidem hanc  
Vicinam nostram, huc euoca uerbis meis.  
Et te oro porro in hac re adiutor sis mihi. P H. ah  
Iamdudum dixi, idemq; nunc dico Lache,  
Manere affinitatem hanc inter nos uolo,  
Si ullo modo est ut possit quod spero fore,  
Sed uis me adesse una dum istam conuenis? L A.  
Immo uero abi, aliquam pueru nutricem para.

Otonarii, & unus Dimeter catalecticus.

## BACCHIS. LACHES.

## ACTVS QVINTVS.

On hoc de nihilo est, quod Laches nunc me cōuentam  
n esse expertit,  
Nec pol me multum fallit, quin quod suspicor sit quod  
uelit. L A.  
Videndum est ne minus propter iram hæc impetrem q; possim,  
Aut ne quid faciam plus, quod post me fecisse satius sit.

## ACTVS QVINTVS

Fo. LXXXIX

Agrediar, Bacchis salue. Ba. salue Laches. La. credo ædepol te  
Non nihil mirari Bacchis, quid sit, quapropter te huc foras  
Puerum euocare iussi. B A C.  
Ego pol quoq; etiæ timida sum, cū uenit mihi in mēte quæ sim.  
Ne nomen quæstus mihi obstat, nam mores facile tutor. La.  
Si uera dicis, nihil tibi pericli est a me mulier, nam  
Iam ea ætate sum ut non sit peccato mihi ignosci æquum,  
Quo magis omnes res cautius ne temere faciam accuro.  
Nā si id nunc facis factura ue es, bonas qd par est facere inscitū  
Offerre iniuriam tibi me immerenti iniquum est. B A.  
Est magna ecastor gratia de hac re quam tibi habeam.  
Nam qui post factam iniuriam se expurget, parum mihi prospic.  
Sed qd istuc est? La. meū receptas filiū ad te Paphilū. Ba. ah. La.  
Sine dicam, uxorem hanc priusq; duxit, uostru amorē pertuli.  
Mane, nondū etiam dixi id quod uolui, hic nūc uxore habet.  
Quære alium tibi amicū firmiore, dum tempus cōsulendi est.  
Nam neq; ille hoc animo erit, neq; pol tu eadē istac ætate. Ba.  
Quis id ait? La. socrus. Ba. me ne? L. teipam, & filiā abduxit suā  
Puerūq; ob eam rem clam uoluit, qui natus est extinguere. Ba.  
Aliud si scirem, qui firmare meam apud uos possim fidem,  
Sanctius q; iusiurandum id pollicerer tibi Laches,  
Me segregatū habuisse uxorem ut duxit a me Pamphilum. La.  
Lepida es, sed scin qd uolo poti⁹ sodes facias? B. qd uis cedo. L.  
Eas ad mulieres huc intro, atq; istuc iusiurandum idem  
Policeare illis, exple animū his, tecq; hoc criminē expedi. Ba.  
Faciam, quod pol si esset alia ex hoc quæstu haud faceret scio,  
Ut de tali causa nuptæ mulieri se ostendere t.  
Sed esse falsa fama nolo gnatum suspectum tuum,  
Nec leuiorem uobis, quibus est minime æquum uiderier  
Immerito, nā meritus de me est, quod queā illi ut cōmodē. L.  
Facilem, benevoluq; lingua tua iam tibi me reddidit.  
Nam non sunt solæ arbitratæ hæc, ego quoq; hoc etiæ credidi.

## HE CYRA

Nunc autem cum ego te esse prater nostrā opinionē competi,  
Fac eadem ut sis, porro nostra utere amicitia ut uoles.  
Aliter si facias, sed reprimam me, ne ægre quicq; ex me audias.  
Verū te hoc moneo unū, qualis sim amicus, aut quid possim.  
Potius q; inimicus periculum facias. B A. faciam sedulo.

Septenarii, Catalepticī quidam, & unus Dimeter catalepticus.

## PHIDIPPVS. LACHES. BACCHIS.

Ihil apud me tibi defieri patiar, quin quod opus sit  
n Benigne præbeatur.  
Sed cū tu saturā, atq; ebria eris puer ut satur sit facito. L.  
Noster socer uideo uenit, puerō nutricem adduxit.  
Phidippe Bacchis deierat p̄sancte Ph. hæc cīne east s̄ L. hæc ē. Ph.  
Nec pol istae metuunt deos, neq; has respicere deos opinor. Ba.  
Ancillas dedo, quolibet cruciatu per me exquire,  
Licet hæc res hic agitur, Pamphilo me facere ut redeat uxor  
Oportet, quod si perficio, non pœnitet me famæ  
Solam fecisse id, quod aliae meretrices facere fugitant. L A.  
Phidippe nostras mulieres suspectas fuisse falso,  
Nobis in re ipfa inuenimus, porro hanc nunc experiamur.  
Nam si comperit criminī tua se falso uxor credidisse,  
Missam iram faciet, sin autem est ob eam rem iratus gnatus  
Quod peperit uxor clam, id leuest, cito ab eo hæc ira abscedet.  
Profecto in hac re nihil mali est, quod sit dissidio dignum. Ph.  
Velim quidem hercle. L A. exquire. adeſt, quod satis sit faciet.  
B A. faciam. P H.  
Quid istæ mihi narras? an quia non tu te ipse audisti dudum  
De hac re animus me⁹ ut sit Laches? illis modo exple animū. L A.  
Quæſo adēpol Bacchis, quod mihi es pollicita tu te ut serues. B.  
Ob eam rem uis ut ego int̄roeam s̄ L A. I atq; exple animū his,  
ut credant. B A.

## ACTVS QVINTVS

Fo. XC.

Eo, & si scio pol his fore meum conspectum inuisum hodie.  
N A M nupta meretrici hostis est, a uiro ubi segregata est. L A.  
At hæc amicæ erunt, ubi q; ob rem adueneris rescilient. P H.  
At easdem amicas fore tibi promitto rem ubi cognouerint.  
Nam illas errore, & te simul suspitione exolues. B A.  
Perii, pudet Philumenæ, sequimini me intro huc ambæ. L A.  
Quid est quod mihi malim, q; quod huic intelligo euenire?  
Ut gratiam ineat sine suo dispendio, & mihi una profite?  
Nam si est ut hæc nunc Pamphilum uere ab se segregarit,  
Scit sibi nobilitatem ex eo, & rem natam & gloriam esse,  
Referetq; gratiam ei, unaq; nos sibi opera amicos iunget.

Septenarii.

## PARMENO. BACCHIS.

a Edepol nā meā herus esse operā deputat parui precii,  
Qui ob rem nullam misit frustra, ubi totū desedi diē,  
Myconium hospitem dū expecto in arce Calidemidem?  
Itaq; ineptus hodie dum illuc sedebo, ut quisq; uenerat  
Accedebam, adulescens dic dum quælo es tu Myconius?  
Non sum, ac Callidemides? nō, hospitē ecquem Pamphilū  
Hic habes? omnes negabāt, neq; em quenq; esse arbitror.  
Deniq; hercle iam pudebat, abiit, sed quid Bacchidem  
Ab nostro affine exēunte uideo? quid huic hic est rei? B A.  
Parmeno oportune te offers, propere curre ad Pamphilū. Par.  
Quid eo? B A. dic me orare ut ueniat. P A R. ad te? B A C.  
immo ad Philumenam. P A R.

Quid rei est? B A. tua quod nihil refert, percontari desinas. Par.  
Nihil aliud dicā? B A. etiā cognosce annulū illū Myrrhinā  
Gnatæ suæ fuisse, quem iplus mihi olim dederat. Par. scio.  
Tantū ne est? B A. tantū, aderit continuo, hæc ubi ex te audierit,  
Sed cessas? Pa. mīmē eq;dē, nā hodie mihi potestas haud datast.

## HECYRA

Ita cursando ,atq; ambulando totum hunc contrui diem . Ba.  
 Quantam obtuli aduentu meo læticiam Pamphilo  
 Hodie s; quod cominodas res attuli ,quot autē ademi curas ?  
 Gnatū ei restituo ,qui pene harum ipsiusq; opera periit .  
 Vxorem quā nunq; est ratus posthac se habiturū reddo ,  
 Qua re suspectus suo patri ,& Phidippo fuit ,exolui .  
 Hic adeo his rebus annulus fuit initium inueniundis .  
 Nam memini ab hinc menses decem fere ad me nocte prima  
 Confugere anhelantem dōnum ,sine comite ,uini plenum ,  
 Cum hoc annulo ,extimui illico ,mi Pamphile inquā amabo .  
 Quid exanimatus es obsecro s; aut unde annū istū nactus ?  
 Dic mihi ,ille alias res agere se simulare ,postq; uideo .  
 Nescio quid suspicarier ,magis cœpi instare ut dicat .  
 Homo se fatetur ui in uia uirginem nescio quā compressisse .  
 Dicitq; se se illi annulum dum luctat detraxisse .  
 Eum hæc cognouit Myrrhina in dīgo modo me habentē .  
 Rogat unde sit ,narro omnia hæc ,indest cognitio facta .  
 Philumenam esse compressam ab eo ,& filiū inde hunc natum .  
 Hæc tot propter me gaudia illi contigisse lator .  
 Et si hoc meretrices aliae nolunt ,neq; em est in rem nostram ,  
 Ut quisq; amator nuptiis lātetur ,uerum ecastor .  
 Nunq; animum quæsti gratia ad malas adducam partes .  
 Ego dum illo līcītumīt usū sum benigno ,& lepido & comi .  
 Incommode mihi nuptiis evenit factum ,fateor .  
 At pol me fecisse ,arbitror ne merito mihi eueneret .  
 Multa ex quo fuerint cōmoda eius ,incōmoda æquumst ferre .

Tetrametri ,& Trimetri .

## PAMPHILVS. PARMENO. BACCHIS.

Ide mi Parmeno etiam sodes ,ut mihi hæc certa ,& clara attuleris ,  
 Ne me in breue hoc cōiigias tempus ,gaudio hoc falso frui . Par .

## ACTVS QVINTVS

Fo. XCI  
 Visum est . P A M . certon s; P A R . certe . P A M . deus sum , si  
 hoc itaſſ . P A R . uerum reperies . Pam .  
 Mane dū ſodes , timeo ne aliud credā , atq; aliud nūcies . Par .  
 Maneo . Pam . ſic te dixiſſe opinor , inueniſſe Myrrhinam  
 Bacchidē annulū ſuū habere . Par . factū . Pā . eū quē olim ei dedi ,  
 Eaq; hoc te mihi nūciare iuſſit , ita ne eſt factū . Par . ita inquā . P .  
 Quis meſt fortunatior ſuenuſtatiſq; adeo plenior ſe ego ne te  
 Pro hoc nūcio quid donē q; cquid nescio . Par . at ego ſcio . Pā .  
 Quid ſ; P A R . nihil enim , nam neq; in nuncio , nec in me ipo  
 boni quid ſit ſcio . P A M .  
 Egon qui ab Orco mortuū me reducē in lucem feceris .  
 Sinam ſine mūnere abire ſ; ah nimium me ignauon putas .  
 Sed Bacchidem eccam uideo ſtare ante hostium .  
 Me expectat credo , adibo . B A . ſalve Pamphile . Pam .  
 O Bacchis , o mea Bacchis , ſeruatrix mea . B A .  
 Bene factum , & uolupest . Pam . factis ut credam facis .  
 Antiquamq; adeo tuam uenustatem obtines .  
 Ut uoluptati obitus , ſermo , aduētus tuus quocūq; adueneris .  
 Semper ſiet . B A . at tu ecastor morem antiquum atq; ingeniū  
 obtines ,  
 Ut unus hominū homo te uiuat nunq; quisq; blandior . Pam .  
 Ah ah , he , tū mihi iſtū ſ; Ba . recte amasti Pamphile uxorē tuā .  
 Nā nunq; ante hūc diē meis oculis eā quod noſſerū uiderā .  
 Per liberalis uifast . P A M . dic uerum . B A . ita me Dii ament  
 Pamphile . P A M .  
 Dic mihi harum rerum nunquid dixti iam patri ſ; B A . nihil .  
 P A M . neq; opus eſt ,  
 Adeo mutito , placet non fieri hoc itidem , ut in comedisi ,  
 Omnia omnes ubi reſciscunt , hi quos par fuerat reſciscere  
 Sciunt , quos non aut ſcire aequūt , neq; reſciscunt , neq; ſcient .  
 Immo etiam hoc qui occultari posſe facilius credas dabo .  
 Myrrhina ita Phidippo dixit iureiurando meo  
 Se fidē habuisse , & propterea te ſibi purgatū . Pam . optimest .

z iii

## HECYRA

Speroq; hanc retin euenturam nobisē x sententia. PAR.  
Here licet ne me scire ex te hodie quid sit quod feci boni?  
Aut quid istuc est quod uos agitis? PAM. non licet. PAR. ta  
men suspicor.  
Ego hunc ab Orco mortuū quo pacto? PAM. nescis Parmeno  
Quantum hodie profueris mihi, & ex quanta ærumna me extra  
xeris. PAR.  
Immo uero scio, neq; hoc imprudens feci. PAM. Ego istuc sa  
tis scio. PAR.  
An temere quicq; Parmenonem prætereat quod factō usus sit?  
PAM.  
Sequere me intro Parmeno. Par. sequor eguidē, plus hodie boni  
Feci imprudens, quam sciens ante hunc diem unquam.

PLAVDITE.

## FABVLAE INTERLOCVTORES.

Phormio parasitus.	Chremes senex.
Demipho senex.	Phædria adulescens.
Antipho adulescens.	Dauus seruus.
Geta seruus.	Sophrona nutrix.
Dorio leno.	Hegio aduocatus.
Cratinus aduocatus.	Crito aduocatus.

## PHORMIO

Fo. XCII  
ACTA LVDIS ROMANIS. L. POSTHVMIO  
ALBINOL. CORNELIO MERVLA. AED.  
CVRVLIEGERE. L. AMBIVIVS TVR  
PIO. LATTILIVS PRAENESTINVS  
MODOS FECIT FLACCVS CLAV  
DI. TIBIIS IMPARIBVS. TOTA  
GRAECA APOLLODORIEPI  
DICAZOMENOS FACTA  
QVARTO. CN. FANNIO.  
M. VALERIO COSS.

## G. SVLPICII APOLLINARIS PERIOCHA.

Senarii.

Hremetis frater aberat peregre Demipho  
Relicto Athenis Antiphone filio.  
Chremes clam habebat lemni uxorem & filiam,  
Athenis aliam coniugem, & amantem unice  
Gnatum fidicinam, mater e lemno aduenit  
Athenas, moritur, uirgo sola, aberat Chremes.  
Funus procurat, ibi eam uisam Antipho  
Cum amaret, opera parasiti uxorem accipit.  
Pater, & Chremes reuersi fremere, dein minas  
Triginta dant parasito, ut illam coniugem  
Haberet ipse, argento hoc emitur fidicina,  
Uxorem retinet Antipho a patruo agnитam.

## PROLOGVS.

Senarii.

Ostq; poeta uetus poetam non potest  
p Retrahere a studio, & trahere hominem in ocium,  
Maledictis detergere ne scribat parat.

## PHORMIO

Qui ita dicitat, quas antea fecit fabulas  
Tenui esse oratione, & scriptura leui.  
Quia nusque scripsit insanum adolescentulum,  
Ceruam uidere, fugere, & lectari canes,  
Et eam plorare, orare ut subueniat sibi.  
Quod si intelligeret cum stetit olim noua  
Actoris opera magis stetisse que sua,  
Minus multo audacter que nunc l&ædit l&æderet,  
Et magis placerent quas fecisset fabulas.  
Nunc si quis est qui hoc dicat, aut sic cogitet,  
Vetus si poeta non lacefisset prior,  
Nullum inuenire prologum potuisset nouus  
Quem diceret, nisi haberet cui malediceret.  
Is sibi responsum hoc habeat, in medio omnibus  
Palmarum esse positam, qui artem tractant musicam.  
Ille ad famem hunc ab studio studuit reiicere.  
Hic respondere uoluit non lacefere.  
Benedictis si certasset, audisset bene.  
Quod ab ipso allatumst sibi esse id relatum putet.  
De illo iam finem faciam dicundi mihi,  
Peccandi cum ipse de se finem non facit.  
Nunc quid uelim animum attendite, apporto nouam  
*Επίθετος*, quam uocant comediam  
Græci, Latini Phormionem nominant,  
Quia primas partes qui aget, is erit Phormio.  
Parasitus, per quem res agetur maxime.  
Voluntas uestra si ad poetam accesserit,  
Date operam, adesse æquo animo per silentium.  
Ne simili utamur fortuna, atque usi sumus,  
Cum per tumultum noster grex motus loco est.  
Quem actoris uirtus nobis restituit locum,  
Bonitasque uestra adiutans, atque aquanimitas.

## ACTVS PRIMVS.

Senarii. DAVVS.

Fo. XCIII

## PRIMVS ACTVS.

Micus summus meus, & popularis Geta

a Heri ad me uenit, erat ei de ratiuncula  
Iam pridem apud me reliquum pauxillulum

Numorum, id ut conficerem, confeci, affero.

Nam herilem filium eius duxisse audio

Vxorem, ei credo munus hoc corraditur.

QVAM inique comparatumst, hi qui minus habent,

Vt semper aliquid addant ditioribus &

Quod ille unciatim uix dimenso suo

Suum defraudans genium comparsit miser,

Id illa uniuersum abripiet, haud existimans

Quanto labore partum, porro autem Geta

Ferietur alio munere ubi hera pepererit.

Porro alio autem ubi erit pueru natalis dies,

Vbi initiantur, omne hoc mater auferet.

Puer causa erit mittundi, sed uideon Getam &

## Trimetri Iambici.

## GETA. DAVVS.

s Iquis me quæret rufus. DA. prestost, desine. GE. oh

At ego obuiam conabar tibi Daue. DA. accipe, hem  
Lectumst, conueniet numerus quantum debui. GE.

Amo te, & non neglexisse habeo gratiam. DA.

Præsertim ut nunc sunt mores, adeo res reddit.

Si quis quid reddit magna habendast gratia.

Sed quid tu es tristis? GE. ego ne & nescis quo in metu, &

Quanto in periculo sim? DA. quid istuc est? GE. scies.

A

PHORMIO.

Modo ut tacere possis. D A . abi sis insciens .  
 Cuius tu fidem in pecunia perspexeris .  
 Verere uerba ei credere ubi quid mihi lucri est  
 Te fallere ? Ge . ergo ausculta . Da . hanc operā tibi dico . Ge .  
 Senis nostri Daue fratrem maiorem Chremem  
 Nostin ? Da . quid ni ? Ge . quid ? eius gnati Phædriam ? D A .  
 Tanq te . GE . euenit senibus ambobus simul  
 Iter , illi in lenum ut esset , nostro in Ciliciam  
 Ad hospitem antiquum , is senem per epistolam  
 Pellexit , modo non montis auri pollicens . D A .  
 Cui tanta erat res & supererat ? G E . desinat  
 Sic est ingenium . D A . oh regem me esse oportuit . G E .  
 Abeuntes ambo hinc tum senes , me filii  
 Relinquent quasi magistrum . D A . o Geta prouinciam  
 Cœpisti duram . G E . mihi usu uenit hoc scio .  
 Memini relinquì me deo irato meo .  
 Cœpi aduersari primo , quid uerbis opus ?  
 Seni fidelis dum sum , scapulas perdidi , D A .  
**Venere in mētē istēc mihi , N A M Q V A E I N S C I T I A S T**  
 Aduorsum stimulum calces . G E . cœpi his omnia  
 Facere , obsequi quæ uellēt . Da . SCISTI V TIFOR O Ge .  
 Noster mali nihil quicq primo , hic Phædria  
 Continuo quandam nauctus est puellulam  
 Citharistram , hanc amare cœpit perdite .  
 Ea seruiebat Lenoni impurissimo .  
 Neq quod daretur quicq , id curarant patres .  
 Restabat aliud nihil , nisi oculos pascere ,  
 Sectari in ludum , ducere , & reducere .  
 Nos ociosi operam dabamus Phædriæ .  
 In quo hæc discedat ludo , ex aduorsum ei loco  
 Tonstrina erat quædam , hic solebamus fere  
 Plarung ; eam operiri , dum inde iret domum .  
 Interea dum sedemus illic , interuenit

ACTVS PRIMVS

Fo. XCIII.

Adulescens quidam lacrumans , nos mirarier .  
 Rogamus quid sit , nunq æque inquit ac modo  
**P A V P E R T A S** mihi onus uisumst , & miserū , & graue .  
 Modo quandam uidi virginem huic uiciniæ  
 Miseram , suam matrem lamentari mortuam .  
 Ea sita erat ex aduorso , nec illi benevolens ,  
 Neq notus , neq cognatus , extra unam aniculam  
 Quisq aderat , qui adiutaret funus , miseritumst .  
 Virgo ipsa facie egregia , quid uerbis opus ?  
 Commorat omnes nos , ibi continuo Antiphō ,  
 Vultis ne eamus risere & alias ce nseō ,  
 Eamus , duc nos sodes , imus , uenimus ,  
 Videmus , uirgo pulchra , & quo magis diceres ,  
 Nihil aderat adiumenti ad pulchritudinem .  
 Capillus passus , nudus pes , ipsa horrida ,  
 Lacrumæ , uestitus turpis , ut ni uis boni  
 In ipsa inesset forma , hæc formam extinguerent .  
 Ille qui illam amabat fidicinam , tantummodo  
 Satis inquit scitast , noster uero ? D A . iam scio  
 Amare cœpit . G E . scin quam & quo euadat uide .  
 Postridie ad anum recta pergit , obsecrat  
 Ut sibi eius faciat copiam , illa enim se negat ,  
 Neq eum æquum ait facere , illam ciuem esse atticam  
 Bonam bonis prognatam , si uxorem uelit  
 Lege id licere facere , sin aliter negat .  
 Noster quid ageret nescire , & illam ducere  
 Cupiebat , & metuebat absentem patrem . D A .  
 Non si redisset pater ei ueniam daret ? G E .  
 Ille ne indotatam virginem , atq ignobilem  
 Daret illi ? nunq faceret . D A . quid sit deniq ? G E .  
 Quid fiat ? est parasitus quidam Phormio .  
 Homo confidens , qui illum Dii omnes perduint . D A .  
 Quid is fecit ? Ge . hoc consiliū quod dicā dedit .

A ii

## PHORMIO

LEX EST, ut orbae qui sint genere proximi  
His nubant, & illos ducere eadem haec lex iubet.  
Ego te cognatum dicam, & tibi scribam dicam,  
Paternum amicum me assimulabo uirginis.  
Ad iudices ueniemus, qui fuerit pater,  
Quae mater, qui cognata tibi sit, omnia haec  
Consingam, quod erit mihi bonum atq; commodum.  
Cum tu horum nihil refelles uincam scilicet.  
Pater aderit, mihi paratæ lites, quid mea s?  
Illa quidem nostra erit. DA. iocularē audaciam. GE.  
Persuasit homini, factumst, uentumst, uincimur.  
Duxit. DA. quid narras? Ge. hoc quod audis. DA. o Geta  
Quid te futurumst? GE. nescio hercle, unum hoc scio,  
QVOD fors feret, feremus æquo animo. DA. placet.  
Hem istuc uiri est officium. GE. in me omnis spes est mihi. DA.  
Laudo. GE. ad precatorem abeam, credo qui mihi  
Sic oret, nunc amitte quæso hunc, cæterum  
Post hac si quicq; nihil precor, tantummodo  
Non addit, ubi ego hinc abiero, uel occido. DA.  
Quid ille pedagogus, qui citharistram,  
Quid rei gerit? GE. sic tenuiter. DA. non multum habet  
Quod det fortasse? GE. immo nihil, nisi spem m eram. DA.  
Pater eius redit an non? GE. nondum. DA. quid? senem  
Quoad expectatis uestrum? GE. non certum scio.  
Sed epistolam ab eo allatam esse audiui modo,  
Et ad portidores esse delatam, hanc petam. DA.  
Nunquid Geta aliud me uis? GE. ut bene sit tibi.  
Puer heus, nemon hoc prodit? cape, da hoc Dorcio.

Oftonarii, & unus Dimeter.

ANTIPHO. PHAEDRIA.

## ACTVS PRIMVS

Fo. XCV

a Deon re redisse, ut qui mihi cōsultū optime uelit esse  
Phædria, patrē ut extimescā, ubi ī mētē ei⁹ aduēti uenit?  
Quod ni fuisse incogitās, ita eū expectarē, ut par fuit. PH.  
Quid istuc ē? An. rogitas? q; tā audacis facinoris mihi cōsci⁹ sis?  
Quod utinā ne Phormioni id suadere in mentē incidisset,  
Neu me cupidū eo compulisset, quod mihi principiūst mali.  
Non potius essem, fuissest tum illos mihi ægre aliquot dies.  
At non quotidiana cura haec angeres animū. PH. audio. An.  
Dū expecto q; mox ueniat, q; adimat hāc mihi cōsuetudinē. PH.  
Aliis quia desit quod amant, ægrest, tibi quia supereſt, dolet.  
Amore abundas Antipho.  
Nam tua quidē herele certo uita haec expetēda optādaq; est.  
Ita me Dii bene aiment, ut mihi liceat tam diu quod amo frui.  
Iam depacisci mortem cupio, tu coniicito cætera.  
Quid ego ex hac inopia nunc capiam & quid tu ex istac copia.  
Vt ne addā, quod sine sumptu in genuā, liberalē nactus es,  
Quod habes ita ut uoluisti uxorem sine mala fama, palam  
Beatus, ni unū hoc desit, animus qui modeste istac ferat.  
Quod si tibi res sit cū eo Lenone quo cum mihi est, tū sentias.  
IT A plæriq; ingenio sumus om̄es, nostri nosmet pœnitet. An.  
At tu mihi contra nunc uidere fortunatus Phædria.  
Cui deintegro est potestas etiam consulendi quid uelis.  
Retinere, amare, amittere, ego in eum incidi infœlix locum,  
Vt neq; mihi eius sit amittendi, nec retinendi copia.  
Sed quid hoc est? uideon ego Getam currentē aduenire huc?  
Is est ipius, hei timeo miser, quam hic mihi nunc rem nūciet.

Tetrametri, partim Trimetri, & Dimetri tres.

## GETA. ANTIPHO. PHAEDRIA.

n Villus es Geta, nisi aliquid iā tibi cōfiliū eeclere repereris.  
Ita nunc imparatum subito tanta te impéndit mala,

A iii

## PHORMIO

Quæ neq; uti deuitem scio ,neq; quo modo me inde extraham .  
 ( Nam non potest celari nostra diutius iam audacia )  
 Quæ si non astu prouidentur , me aut herum pessundabūt . An .  
 Quidnā ille cōmotus uenit ? Ge . tum temporis punctum mihi  
 Ad hanc rem est ,herus adest . A N . quid istuc malist ? GE .  
 Quod quum audierit ,quod eius remediu inueniā iracundia &  
 Loquar ne incendā &taceā ,instigem ,purgem me laterē laue .  
 Eheu me miserū ,cū mihi paueo ,tū antipho me excruciat animi  
 Eius me miseret ,ei nūc timeo ,is nūc me retinet ,nā absq; eo esset  
 Reste ego mihi uidissim ,& senis essem ultus iracundiam .  
 Aliquid cōuafissem ,atq; hinc me cōiicerem protinā i pedes . An .  
 Quam hic fugam ,aut furtum parat ? GE .  
 Sed ubi Antiphonem reperiam ? aut qua quærere insistā uia . Ph .  
 Te nomiat . An . nescio qd magnū hoc nūcio expecto malū ? Ph .  
 Ah sanus ne es ? Ge . domū ire perga ,ibi plurimūst . Ph reuocem⁹  
 Hominem . A N . sta illico . G E . hem .  
 Satis p imperio quisq; es . An . Geta . G . ip̄e ē quē uolui obuiā . An .  
 Cedo quid portas obsecro & atq; id ( si potes ) uerbo expedi . Ge .  
 Faciam . An . eloquere . Ge . modo apud portū . An . meū ne ? Ge .  
 Intellextin . A N . occidi . G E . hem . A N .  
 Quid agā ? Ph . qd ais ? G . hui⁹ patrē uidisse me patruū tuū . A N .  
 Nam quod ego huic nūc subito exitio remediu inueniā miser &  
 Quod si eo meæ fortunæ redeūt Phanium abs te ut distrahar ,  
 Nullast mihi uita expertēda . G E . ergo istac cū ita sint Antipho ,  
 Tāto magis te aduigilare & quūst , F O R tis fortuna adiuuat . An .  
 Nō sū apud me . Ge . atq; opus est nūc cū maxime ut sis Antipho .  
 Nam si te senserit timidum pater esse arbitrabitur  
 Cōmeruisse culpā . Ph . hoc uerūst . An . nō possum imutarier . Ge .  
 Quid faceres ,si aliqd grauius tibi nūc faciundū foret ? A N .  
 Cū hoc nō possū ,illud min⁹ possē . Ge . hoc nihil ē Phaedria , ilicet  
 Quid conterimus operam frusta & quin habeam ? P H . & qui-  
 dem ego . A N . obsecro .  
 Quid si assimulabo latin ē ? Ge . garris . An . uultū cōfēplamini , hē

## ACTVS SECUNDVS

Fo . XCVI

Satin sic est & Ge . nō . An . qd si sic & G . ppemodū . An . qd si sic est &  
 Hē istuc serua ,& uerbu uerbū par pari ut respōdeas , ( G . sat est .  
 Ne te iratus suis lauidicis dictis protelet . A N . scio . G E .  
 Vi coactum te esse ,inuitum ,lege iudicio tenes &  
 Sed quis hic est senex quē uideo in ultima platea ? An . ipsus est ,  
 Non possum adesse . Ge . ah quid ais & quo abis Antipho & mane  
 Mane inq . A N . egomet me noui ,& peccatum meum .  
 Vobis commando Phanium ,& uitam meam . P H ,  
 Geta quid nunc fiet & G E . tu iam lites audies .  
 Ego plectar pendens ,nisi quid me sefellerit .  
 Sed quod modo hi nos antiphonem monuimus .  
 Id nos metiplos facere oportet Phaedria . P H .  
 Aufer ,mihi oportet ,quin tu quod faciam impera . G E .  
 Meministin olim ut fuerit uestra oratio ,  
 In re incipiunda ad defendendam noxiā ,  
 Iustum illam causam ,facilem ,uincibilem ,optimam & P H .  
 Memini . G E . hem nunc ipsaſt opus ,aut siquid potest  
 Meliore ,& callidiore . P H . fiet sedulo . G E .  
 Nunc prior adito tu ,ego in insidiis hic ero  
 Succenturiatus ,si quid deficies . G E . age .

Otonarii ,Senarii ,unus Catalecticus ,& unus Hypermeter .

## DEMIPHO . GETA . PHAEDRIA .

### ACTVS. SECUNDVS.

Ta ne tandem uxorē duxit Antipho iniussū meo ?  
 i Nec meū iperū ( age mitto iperū ) nō simultatē meā  
 Reuereri & saltem nō pudere o facinus audax ,o Geta  
 Monitor . Ge . uix tandem . De . qd mihi dicēt ? aut quā causā repiēt  
 Demiror . G . atq; repperi iā ,aliud cura . De . an ne hoc dicēt mihi ,  
 Inuitus feci ,lex coegit & audio & fateor . Ge . places . De .

## PHORMIO.

Verum scientem,tacitum,causam tradere aduersariis.  
Etiam ne id lex coegerit ? Ph. illud durū. Ge. ego expediā, sine. De.  
Incertumst quid agam ? quia præter spem ,atq; incredibile hoc  
mihi obrigit.  
Ita sum irritatus,animū ut ne queām ad cogitandū instituere.  
**Q V A M O B R E M** omnes cū secūdæ res sunt, maxime  
Meditari secum oportet, quo pacto aduersam ærumnā ferant,  
Pericla ,damna ,exilia ,peregre rediens semper cogitet,  
Aut filii peccatum, aut uxorū mortem, aut morbum filiæ.  
Communia esse hæc, fieri posse, ut ne quid animo sit nouum.  
Quicq;d præter spē eueniat, omne id deputat̄ esse in lucro .Ge.  
O Phædria incredibileſt , quanto herum ante eo sapientia.  
Meditata mihi sunt omnia mea incommoda, herus si redierit,  
Vsq; molendū esse pistrino ,uapulandum, habendæ compedes ,  
Opus ruri faciundū ,horum nihil quicq; accidet animo nouum.  
Quicquid præter spem eueniet , omne id deputabo in lucro .  
Sed quid cessas hoīem adire , & blande in principio alloq; ? De.  
Phædriam mei fratris uideo filium mihi ire obuiam . P H.  
Mi patrue salue . D E. salue ,sed ubi est Antiphō ? P H.  
Saluum te uenire .D E. credo ,hoc responde mihi . Ph.  
Valet ,hic est ,sed sat in omnia ex sententia ? D E.  
Vellem quidem . P H. quid istuc ? D E. rogitas Phædria ?  
Bonas me absente hic confecistiſt nuptias . P H.  
Eho an id succenses nunc illi ? G E. o artificem probum . D E.  
Ego ne illi non succenseam ; ipsum gestio dari  
Mihi in conspectum ,nunc sua culpa ut sciat  
Lenem patrem, illum factum me esse acerrium . P H.  
Atqui nihil fecit patrue quod succenseas . D E.  
Ecce autem similia omnia ,omnes congruunt.  
Vnum cognoris ,omnes noris . P H. haud itaſt. D E.  
Hic in noxia est ,ille ad defendendam causam adeſt .  
Cum ille abeſt ,hic præſto est ,tradunt operas mutuas . G E.  
Probe eorum facta imprudens depinxit ſenex . D E.

## ACTVS SECUNDVS

Fo. XCVII

Nati ni hæc ita effent, cum illo haud ſtares Phædria .P H.  
Si eſt patrue culpm ut Antiphō in ſe admiferit.  
Ex qua re minus rei foret, aut famæ temperans ,  
Non cauſam dico ,quin quod meritus eſt ferat.  
Sed ſi quis forte malicia fretus ſua ,  
Inſidias noſtræ fecit aduleſcentiæ ,  
Ac uicit ,noſtran ea culpa eſt ; an iudicū ?  
Qui ſæpe propter inuidiam adiunt diuiti ?  
Aut propter misericordiam addant pauperi ? G E.  
Niſi noſsem cauſam ,crederem hunc uera loqui . D E.  
An quiſq; iudex eſt qui poſſit noſcere  
Tua iuſta ,ubi tu te uerbum non reſpondeas ,  
Ita ut ille fecit ? P H. funtus aduleſcentuli eſt  
Officium liberalis ,poſtq; ad iudices  
Ventumſt ,non potuit cogitata proloqui .  
Ita eum tum timidum obſtupefecit pudor . G E.  
Laudo hunc ,ſed cefſo adire q; pŕimum ſenem ?  
Here ſalue ,ſaluum te adueniſſe gaudeo . D E. oh  
Bone custos ſalue ,columna uero familiæ ,  
Cui commendauī filium hinc abiens meum . G E.  
Iam dudum te omnis nos accusare audio  
Immerito ,& me omnium horum immeritissimo .  
Nam quid me in hac re facere uoluisti tibi ?  
**S E R V V M H O M I N E M** cauſam orare leges nō ſinunt ,  
Neq; teſtimonii dictio eſt . D E. mitto omnia ,adde  
Iſtuc imprudens ,timuit aduleſcens ,ſino .  
Tu ſeruus ,uerum ſi cognata eſt maxime ,  
Non fuit neceſſe habere ,ſed id quod lex iubet  
Dotem daretiſt ,quæreret alium uirum .  
Qua ratione inopem potius ducebat domum ? G E.  
Non ratio ,uerum argento deerat . D E. ſumeret  
Alicunde . G E. alicunde eſt nihil eſt dictu facilius . D E.  
Poſtremo ſi nullo alio pacto ,uel ſœnore . G E. B

## PHORMIO.

Hui dixti pulchre , siquidem quisq; crederet  
Te uiuo . D E. non e non sic futurumst , non potest .  
Ego ne illam cum illo ut patiar nuptam unum diem ?  
Nihil suave meritumst , hominem commonstrarier  
Mihi istum uolo , aut ubi habitet demonstrarier . G E.  
Nempe Phormionem . D E. istum patronum mulieris ? G E.  
Iam faxo hic aderit . De. Antipho ubi nunc est ? Ph. foris . D E.  
Abi Phaedria , eum require , atq; adduce huc . P H. eo  
Recta uia equidem illuc . G E. nempe ad Pamphilam . D E.  
At ego deos penates hinc salutatum domum  
Deuortar , inde ibo ad forum , atq; aliquot r ihi  
Amicos aduocabo ad hanc rem qui adsient ,  
Ut ne imparatus sim cum adueniat Phormio .

Septenarii iam bici .

## PHORMIO. GETA.

Ta ne patris ais conspectum ueritum hinc abisse ? G E.  
admodum . PH O R.  
Phaniū relictam solā ? Ge. sic . Ph. & iratū senem ? Ge.  
Oppido . P H. ad te summa solum Phormio rerum reddit .  
T V TE hoc intristi , tibi omne est exedendū , accingere . G E.  
Obsecro te . Ph. si rogabit ? Ge. in te spes est . P h. ecce rem .  
Quid si reddet ? Ge. tu impulisti . Ph. sic opinor . Ge. subueni . P H.  
Cedo senem , iam instructa sunt mihi torde consilia omnia . Ge.  
Quid ages ? Ph. qd uis nisi ut maneat Phaniū , atq; ex crimine hoc  
Antiphonem erip iam , atq; in me omnē irā deriuem senis ? Ge.  
O uir fortis , atq; amicus , uerum hoc s̄aepē Phormio  
Vereor , ne istēc fortitudo in neruum erumpat deniq;. P H. ah  
Non ita est , factumst periculum , iam pedum uisast uia .  
Quot me censes homines iam deuerberasse usq; ad necem  
Hospites , tum ciues & quo magis noui tanto s̄apius .

## ACTVS SECUNDVS

Fo. XCVIII

Cedo dum en unq; iniuriarū audistī mihi scriptā dicā ? G E.  
Quid istuc ? P H. quia nō rete accipitri tenditur , neq; Miluo ,  
Qui male faciunt nobis , illis qui nihil mali faciunt tenditur ,  
Quia enim in illis fructus est , in his opera luditur ,  
Aliis aliunde est periculum , unde aliquid abradi potest .  
Mihi sciunt nihil esse , dices ducent damnatum domum .  
Alere nolunt hominē edacem , & sapiunt mea quidē sententia .  
Pro maleficio si beneficium summū nolunt reddere . G E.  
Non potest satis pro merito ab illo tibi referri gratia . P H.  
Immo enim nemo satis pro merito gratiam regi refert .  
Te ne ad symbolū uenire unctum , atq; lautum e balneis ,  
Ociosum ab animo , cura ille & cura , & sumptu absunitur .  
Dum tibi sit quod placeat , ille ringitur , tu rideas .  
Prior bibas , prior decumbas , cœna dubia apponitur . G E.  
Quid istuc uerbī est ? Ph. ubi tu dubites quid sumas potissimū .  
Hæc cum ratione ineas , q; sint suauia , & q; cara sint ,  
Ea qui præbet non tu hūc habeas plane præsentē deū ? G E.  
Senex adest , uide quid agas , prima coicior acerrima ,  
Si eam sustinueris , post illam iam ut lubet ludas licet .

Senarii omnes .

## DEMIPHO. GETA. PHORMIO.

N unquam cuiquam contumeliosius  
Audistis factam iniuriam q; hæc est mihi ?  
Adeste quæso . G E. iratus est . Ph. quin tu hoc ages  
Sam ego hunc agitabo , proh deum immortalium fidem ,  
Negat Phanium esse hanc sibi cognatam Demipho ?  
Hanc Demipho negat esse cognatam ? G E. negat . P H.  
Negq; eius patrem se scire qui fuerit ? G E. negat . D E.  
Ipsum esse opinor de quo agebam , sequimini . P H.

B ii

## PHORMIO

Nec Stilphoneum ipsum scire qui fuerit? GE. negat. PH.  
 Quia egens relicta est misera, ignoratur parens,  
 Negligitur ipsa, VIDE auaricia quid facit. GE.  
 Si herum insimulabis malicie, male audies. DE.  
 O audaciam, etiam me ultro accusatum aduenit. PH.  
 Nam iam adolescenti nihil est quod succensem  
 Si illum minus norat, quippe homo iam grandior  
 Pauper, cui opera uita erat, ruri fere  
 Se continebat, ibi agrum de nostro patre  
 Colendum habebat, saepe interea mihi senex  
 Narrabat se hunc negligere cognatum suum.  
 At quem uirum? quem ego uiderim in uita optimum. GE.  
 Videas te, atq; illum ut narras. PH. abi in malam crucem.  
 Nam in ita eum existimat, nunc tam grauis  
 Ob hanc inimicitias caperem in nostram familiam.  
 Quam is aspernatur, nunc tam illiberaliter. GE.  
 Pergin hero absenti male loqui impurissime? PH.  
 Dignū autem hoc illo est. Ge. ain tandem carcer? De. Geta. Ge.  
 Bonorum extortor legum contortor. DE. Geta. PH.  
 Responde. Ge. quis homo est? ehem. De. tace. Ge. absenti tibi  
 Te indignas, seq; dignas contumelias  
 Nunq; cessauit dicere hodie. DE. ohe desine.  
 Adulescens primum abs te hoc bona uenia expeto,  
 Si tibi placere potis est mihi ut respondeas,  
 Quem amicum tuum ait fuisse istum, explana mihi  
 Et qui cognatum me sibi esse diceret. PH.  
 Proinde expiscare quasi non nossem? PH. ita. De.  
 Ego me nego, tu qui ait redige in memoriam. PH.  
 Echo tu sobrinum tuum non noras? DE. enicas.  
 Dic nomen. Ph. nomen? maxime. De. quid nunc taces? PH.  
 Peri hercle nomen perdidi. De. hem, quid ait? PH. Geta  
 Si meministi quod olim dictumst subiice, hem  
 Non dico quasi non noris, tentatum aduenis. DE.

## ACTVS SECUNDVS.

FO. XCIX

Egon autem tento? GE. Stilpho. PH. atq; adeo quid mea? Stilphost. De. quē dixti? Ph. Stilphonem inq; noueras? De.  
 Neq; ego illum noram, nec mihi cognatus fuit  
 Quisq; istoc nomine. PH. ita ne? non te horum pudet?  
 At si talentum rem reliquisset decem. DE.  
 Dii tibi male faciant. PH. primus es, memoriter  
 Progeniem uestram usq; ab auo atq; atauo proferens. DE.  
 Ita ut dicis, ego tum si aduenisse, qui mihi  
 Cognata esset dicerem? itidem tu face, cedo  
 Qui est cognata? Ge. heu noster recte, heus tu caue. PH.  
 Dilucide expediu, q;ibus me oportuit  
 Iudicibus, tum si id falsum fuerat, filius  
 Cur non refellit? DE. filium narras mihi?  
 Cuius de stultitia dici ut dignumst non potest. PH.  
 At tu qui sapiens es magistratus adi.  
 Iudicium de eadem causa iterum ut reddant tibi.  
 Quandoquidem solus regnas, & soli licet  
 Hic de eadem causa bis iudicium adipiscier. DE.  
 Et si mihi facta iniuria est, uerum tamen  
 Potiusq; lites secter, aut q; te audiam.  
 Itidem ut cognata si sit, id quod lex iubet,  
 Dotem dare, abduce hanc, minas quinq; accipe. PH.  
 Ah ah, ha, homo suavis. De. quid est? num iniquū postulo?  
 An ne hoc quidem adipiscar ego quod ius publicumst? PH.  
 Ita ne tandem quæsto, meretricem ubi abusus sis,  
 Mercedem dare lex iubet ei, atq; amittere.  
 Amut ne quid turpe ciuis in se admitteret  
 Propter egestatem proximo iussa est dari,  
 Ut cum uno ætatem degeret, quod tu uetas? DE.  
 Ita proximo quidem, at nos unde, aut q; ob rem? PH. ohe  
 Actum aiunt, ne agas. De. non agam? immo haud desinam  
 Donec perfecero hoc. PH. ineptis. De. sine modo. PH.  
 Postremo tecum nihil rei nobis Demiphont.

## PHORMIO

Tuus est damnatus gnatas, non tu, natus tua  
Præterierat iam ad ducendum ætas. D.E. omnia hæc  
Illum putato quæ ego nunc dico dicere  
Aut quidem cum uxore hac ipsum prohibeo domum. G.E.  
Iratus est, tu te idem feceris melius. D.E.  
Itan es paratus facere me aduersum omnia  
Insoelix & P.H. metuit hic nos, tam et si sedulo  
Dissimulat. Ge. bene habent tibi principia. Ph. quin quod est  
Ferundum feras, tuis factis dignum feceris,  
Ut amici inter nos simus. D.E. ego tuam expertam  
Amicitiam, aut te uisum, aut auditum uelim? P.H.  
Si concordabis cum illa, habebis quæ tuam  
Senectute in oblectet, respice ætatem tuam. D.E.  
Te oblectet, tibi habe. Ph. minue uero iram. De. hoc age,  
Satis iam uerborum isti, nisi tu properes mulierem  
Adducere, ego illam eiiciam, dixi Phormio. P.H.  
Si tu illam attigeris, secus quæ dignum est liberam,  
Dicam impingam tibi grandem, dixi Demipho.  
Si quid opus fuerit, heus domo me. G.E. intellego.

Senarii.

## DEMIPHO.GETA.HEGIO.CRATINVS.CRITO.

Vanta me cura, & solitudine afficit  
q Gnatus, qui me seq̄ hisce impediuit nuptiis.  
Neq̄ mihi in conspectum prodit, ut saltēm sciam  
Quid de hac re dicat, quid ue sit sententiæ.  
Abi tu uise redierit ne iam, an nondum domum. G.E.  
Eo. D.E. uidetis quo in loco res hæc siet  
Quid ago? dic Hegio. H.E. ego Cratinum censeo  
Si tibi uidetur. D.E. dic Cratine. C.R.A. me ne uis? D.E.  
Te, C.R.A. ego quæ in rem tuam sint ea uelim facias, mihi

## ACTVS TERTIVS

Fo. C.

Sic' hoc uidetur, quod filius te absente hic  
Egit, restituit in integrum, & quumst & bonum,  
Et id impetrabis, dixi. D.E. dic nunc Hegio. H.E.  
Ego sedulo hunc dixisse credo, uerum itast,  
QVOT HOMINES, TOT sententiæ, suus cuiq̄ mos est.  
Mihi non uidetur quod sit factum legibus.  
Rescindi posse, & turpe inceptus. D.E. dic Crito. C.R.I.  
Ego amplius deliberandum censeo,  
Res magna est. H.E. nunquid nos uis? D.E. fecistis probe.  
Incertior sum multo q̄ dudum. G.E. negant  
Redisse. D.E. frater est expectandus mihi  
Is quod mihi dederit de hac re consilium id exequar.  
Percontatum ibo ad portum quoad se recipiat. G.E.  
At ego Antiphonem quæram, ut quæ acta hic sunt sciat,  
Sed ecum ipsum uideo in tempore huc se recipere.

Tetrametri omnes. **ANTIPHO. GETA.**

## TER TIVS ACTVS.

e Nimuero Antipho multis modis cū istoc aīo es uitupan  
Ita ne hinc abisse, & uitā tuā tutandā aliis dedisse? (dus,  
Alios tuam rem credidisti magis q̄ te animaduersuros?  
Nam ut ut erant alia, illi certe quæ nūc domi tuæ est cōsuleres  
Ne quid propter tuam fidem decepta pateretur mali.  
Cuius nunc miseræ spes, opesq̄ sunt in te uno oīnes sitæ. G.E.  
Equidē here nos iādudū hic te absente incusam⁹, q̄ abieris. An.  
Te ipsum quærebā. Ge. sed ea causa nihil magis defecim⁹. An.  
Loquere obsecro, quonam in loco sunt res, & fortunæ meæ?  
Nunquid patri subolet? G.E. nihil etiam. A.N. & quid spei  
porro? G.E. nescio. A.N. ah. G.E.  
Nisi Phædria haud cessauit p̄ te eniti. An. nihil fecit noui. Ge.  
Tum Phormio itidē hac re ut in aliis hoīem strenuū p̄buit. A.  
Quid is fecit? Ge. cōfutauit uerbis admodū iratū patrē. An.  
Heu Phormio. G.E. ego quod potui porro. A.N.T.I. mi. Geta  
omnis uos amo. G.E.

## PHORMIO.

Sic habent principia se se ut dico ,adhuc tranquilla res est .  
Māsurusq̄ patruū pater ē dū huc adueniat . A.qd eū ē G. ut aiebat  
De eius cōsilio uelle se le facere quod ad hanc rem attinet . An .  
Quantus metus est mihi uenire huc saluū nunc patruū Geta ē  
Nam per eius unā (ut audio ) aut uiuā, aut moriar sententiā . Ge.  
Phædria tibi adest . An . ubi nāt Ge . eccū a sua palestra exit foras .

Tetrametri , præter unum qui est Senarius .

## PHÆDRIA. DORIO. ANTIPO. GETA.

Orio audi obsecro . D O . non audio . P H . parumper .

d D O . quin omitte me . P H .

Audi qd dicā . Do . at eīn te det iā audire eadē milies . Ph .  
At nunc dicā quod lubēter audias . D O . loquere , audio . P H .  
Nequeo te exorare ut maneas triduū hoc , quo nūc abis . D O .  
Mirabar si tu mihi quicq̄ afferres noui . A N .  
Hei metuo Lenonē ne qd suo suat capiti . Ge . idē ego metuo . Ph .  
Non mihi credis ē Do . ariolare . Ph . sīn fidē do , Do . fabula . P h .  
Fœneratū istuc beneficiū tibi pulchre dices . D O . logi . P H .  
Crede mihi , gaudebis facto , uerū hercle hoc est . Do . somniū . Ph .  
Experire , non est longū . D O . cantilenā eandē canis . P H .  
Tu mihi cognatus , tu parens , tu amic⁹ , tu . Do . garris modo . Ph .  
Adeon ingenio te esse duro , atq̄ inlexorabili ,  
Ut neq̄ misericordia , neq̄ præcibus molliri queas ē D O .  
Adeon te esse incogitantem , atq̄ impudentem Phædria ,  
Ut phaleratis distis seducas me , & meam ductes gratis ē A N .  
Miseritumst . Ph . hei ueris uincor . Ge . q̄ uterq; est similis sui . Ph .  
Neq̄ Antipho alia cum occupatus esset sollicitudine .  
Tū hoc eē mihi obiectū malū . A . ah , qd istuc aūt ē Phædria ? Ph .  
O fortunatissime Antipho . An . ego ne Ph . cui qd a mas domi ē ,  
Nec cum huiusmodi unq̄ usus uenit , ut conflictares malo . An .  
Mihin domiſſimmo quod aiūt , A V R I B V S teneo lupum .

## ACTVS TERTIVS

Fo. CI

Nā neq; quo modo a me amittā iuenio , aut uti retineā scio . D .  
Ipsum istuc mihi in hoc est . A N . eia ne parum leno sies ,  
Nunqd hic confecit ē Ph . hiccine ē q̄ homo inhumanissimus  
Pamphilā meā uēdidit . Ge . qd ē uēdidit ē An . ain uēdidit ē Ph .  
Vēdidit . Do . q̄ indignū facinus , ancillā ære emptā suo . P H .  
Nequeo exorare ut maneat , & cum illo ut mutet fidem  
Triduū hoc , dū id qd est proximū ab amicis argentū aufero .  
Si nō tum dedero unā præterea horā ne opertus sies . D O .  
Obtundis . An . haud longūst id quod orat Dorio , exoret sine .  
Idem hoc tibi quod bñ promeritus fueris cōduplicauerit . Do .  
Verba istac sunt . A n . Pamphilā ne hac urbe priuari sines ē  
Tum præterea horum amorem distrahi poteris pati ē Do .  
Neq; ego neq; tu . Ge . Dii tibi omnes id quod est dignū diūt . D .  
Ego te compluris aduoī sum ingenium meum menses tuli  
Pollicitantē , & nihil ferentē , flentē , & nunc contra hæc omnia  
Repperi qui det , neq; lacrumeret , da locum melioribus ē A N .  
Certe hercle si satis commemini , tibi quidem olim est dies ,  
Quā ad dares huic p̄stituta . Ph . factū . D . nū ego istuc nego ē An .  
Iā ne ea p̄teriit ē Do . nō , uerū ei hæc antecessit . An . nō pudet  
Vanitatis ! Do . minime , dum ob rem . G . sterquiliniū . Ph . Dorio  
Ita ne tandem oportet ē Do . sic sum , si placeo utere . An .  
Siccine hūc decipis ! Do . imo eniuero Antipho hic me decipit  
Nā hic me huiusmodi sciebat et sse , ego hūc esse alitef credidi .  
Is me fefellit , ego isti nihilo sum aliter ac fui .  
Sed ut ut hæc sunt , tamen hoc faciā , cras manē argentū mihi  
Miles se dare dixit , si mihi prior tu attuleris Phædria ,  
Mea lege utar , ut potior sit qui prior ad dandumst . Vale .

Tetrametri ut superiores , & Dimeter unus .

## PHÆDRIA. ANTIPO. GETA.

q Vid faciā ūn̄ ego nūc tā subito huic argētū iueniā miser

C

PHORMIO.

Cui minus nihil ost, quod si hic potuisset nunc exorarier,  
Triduū hoc promissum fuerat. An. ita ne hunc patiemur Geta  
Fieri miserum? qui me dudum ut dixti adiuuerit comiter,  
Quin cū opus beneficū rursum ei experiamur reddere? GE.  
Scio eqdē hoc esse æquū. An. age ergo, sol' seruare hūc potes. Ge.  
Quid faciā? An. iuenias argētū. Ge cupio, sed id unde edoce. An.  
Pater adest hic. Ge. scio, sed qd tū? An. ah dictū sapiēti sat est. Ge.  
Ita ne? An. ita. Ge. sane hercle pulchre suades, etiā tu hinc abis?  
Non triumpho ex nuptiis tuis si nihil nanciscor mali,  
Ni etiā nunc me huius causa querere in malo iubeas crucē? An.  
Verū hic dicit. Ph. qd ego uobis Geta alien⁹ sum? Ge. haud puto  
Sed part⁹ ne est quod omnibus nunc nobis suseenset senex,  
Ne instigemus etiā, ut nullus locus relinquatur preci. PH.  
Alius ab oculis meis illam in ignotū hinc abducet locum? hem.  
Dum igitur licet, dumq; adsum, loquimini mecum Antiphō.  
Contēplamini me. An. q; ob rem? aut qd nā facturus cedo. PH.  
Quo quo hinc asportabitur terrarum certum⁹ persequi,  
Aut perire. Ge. Dii bñ uortant quid agas, pedetentim tamē. An.  
Vide si qd opis potes afferre huic. Ge. si qd, qd? An. q; re obsecro  
Nequid plus minus ue faxit quod nos post pigeat Geta. GE.  
Quārō, saluus est ut opinor, uerum enim metuo malum. An.  
Noli metuere, una tecum bona malaq; tolerabimus. GE.  
Quantū opus est tibi argēti loquere. Ph. sole triginta minæ. Ge.  
Triginta? hui percaraſt Phædria. Ph. ist⁹ xc uero uilis est. GE.  
Age age, inuentas reddam. PH. o lepidum caput. GE.  
Aufer te hinc. PH. iam opus est. GE. iam feres. A N.  
Sed opus est mihi Phormionē ad hanc rem adiutorē dari. An.  
Prestoſt audacissime, oneris quid uis impone, & feret.  
Solus est homo amico amicus. Ge. eamus ergo ad eū oxyus. Ph.  
Abi, dic præsto ut sit domi. A N.  
Nūqd est qd opera mea uobis opus sit? Ge. nihil, uerū abi domū.  
Et illā miserā, quā ego nunc intus scio esse exanimatā metu  
Consolare, cessas? An. nihil est æque quod faciā lubens. PH.  
Qua uia istuc facies? Ge. dicā in itinere, modo te hinc amoue.

ACTVS QVARTVS  
Senarii. DEMIPHO. CHREMES. Fo. CII

QVARTVS ACTVS.

Vid? qua profectus causa hinc es lemnum Chremes?  
q Adduxtin tecū filiam? Ch. non De. quid ita nō? Ch.  
Postq uidet me eius mater hic esse diutius,

Simul autem non manebat ætas uirginis  
Meam negligentiam, ipsam cum omni fa milia  
Ad me profectam esse aiebant. DE. quid illic tam diu  
Quælo igitur commorabare, ubi id audiueras? CH.  
Pol me detinuit morbus. DE. unde? aut qui? CH. rogas?  
SENECTVS IPSA ES T morbus, sed uenisse eas  
Saluas audiui ex nauita qui illas uexerat. DE.

Quid gnato obtigerit me absente audistin Chremes? CH.  
Quod quidem me factum consilii incertum facit,  
Nam hanc conditionem si cui tulero extrario,  
Quo pacto aut unde mihi sit dicendum ordinest.  
Te mihi fidelem esse æque, atq; egomet sum  
Scibam, ille si me alienus affinem uolet  
Tacebit, dum intercedet familiaritas.  
Si spreuerit me, plus q; opus est scito, sciet.  
Vereorq; ne uxor aliqua hoc resciscat mea  
Quod si fit, ut me excutiam, atq; egrediar domo  
Id restat, nam ego meorum solus sum meus. DE.  
Scio ita esse, & istæc mihi res sollicitudinist,  
Neq; defeciscar unquam ego experirier,  
Donec tibi id quod pollicitus sum effecero.

Senarii. GETA.

c Go hominem callidiorem uidi neminem  
Quam Phormionem, uenio ad hominē, ut dicerem  
C ii

PHORMIO.

Argento opus esse ,& id quo pacto fieret.  
Vix dum dimidium dixeram ,intellexerat,  
Gaudebat ,me laudabat ,quærebat senem.  
Diis gratias agebat ,tempus sibi dari ,  
Vbi Phædriæ se ostenderet nihilominus  
Amicum esse q̄ Antiphoni ,hominem ad forum  
Iussit opperiri & eo me esse adducturum senem.  
Sed ecum ipsum ,quis est ulterior & at at Phædriæ  
Pater uenit ,sed quid pertimui autem belua &  
An quia quos fallam pro uno duo sunt mihi dati &  
Commodius esse opinor duplici spe utier.  
Petam hinc a primo institui ,is si dat sat est.  
Si ab hoc nihil fiat ,tum hunc adoriar hospitem..

Senarii ..

ANTIPHO. GETA. CHREMES. DEMIPHO.

Xpect o q̄ mox recipiat huc se se Geta .  
e Sed patrum cum patre uideo astantem ,hei mihi  
Quam timeo aduentus huius quo impellat patrē . GE .  
Adibo hosce ,o noster Chremes . CH . salue Geta . GE .  
Venire saluum uolupest . CH . credo . GE . quid agis & CH .  
Multa aduenienti ut sit ,noua hic compluria . GE .  
Ita de Antiphone audistin quæ facta & CH . omnia . GE .  
Tun dixeras huic facinus indignum Chreme .  
Sic circumiri & D E . cum hoc id agebam commodum . GE .  
Nam hercle ego quoq; id mecum agitans sèdulo ,  
Inueni opinor remedium huic rei . D E . quid Geta &  
Quod remedium & GE . ut abii abs te ,fit forte obuiam  
Mihi Phormio . Ch . qui Phormio & Ge . is , qui ista . Ch . scio . GE .  
Visum est mihi ut eius tentarem sententiam .  
Prehendo hominem solum ,cur non inquam Phormio

ACTVS QVARTVS.

Fo. CIII  
Vides inter uos sic ,hæc potius cum bona  
Ut componantur gratia ,quam cum mala &  
Herus liberalis est ,& fugitans litium .  
Nam cæteri quidem hercle amici omnes modo  
Vno ore autores fuere ,ut præcipitem hanc daret . A N .  
Quid hic ceptat & aut quo euadet hodie & GE . an legibus  
Daturum poenas dices si illam eiecerit &  
Iam id exploratum est ,eia sudabis satis .  
Si cum illo incepas homine ,ea eloquentia est .  
Verum pone esse uictum eum ,at tandem tamen  
Non capit is eius res agitur ,sed pecuniae .  
Postq; hominem his uerbis mollirier sentio ,  
Soli sumus nunc hic inquam ,echo dic quid uelis dari .  
Tibi in manum ,ut herus his desistat litibus .  
Hæc hinc faceſſat ,tu moleſtus ne ſies . A N .  
Satin illi Dii ſunt propiti & GE . nam ſat ſcio .  
Si tu aliquam partem æqui ,boniq; dixeris .  
Ut eſt ille bonus uir ,tria non commutabitis .  
Verba hodie inter uos . D E . quis te iſtae iuſſit loqui & CH .  
Immo non potuit melius peruenirier  
Eo quo nos uolumus . An . occidi . De . perge eloqui . GE .  
At primo homo insanibat . De . cedo quid postulat & GE .  
Quid & nimium ,quantū libuit . De . dic . Ge . ſi quis daret  
Talentū magnū . De . immo malū hercle ,ut nihil pudet & Ge .  
Quod dixi adeo ei ,quæſo quid ſi filiam  
Suam unicam locaret & parui rettulit  
Non ſucepiffe ,inuentas quæ dotem petat .  
Ut ad pauca redeam ,ac mittam illius ineptias .  
Hæc deniq; eius fuit poſtrema oratio .  
Ego inquit a principio amici filiam  
Ita ut æquum fuerat uolui uxorem ducere .  
Nam mihi ueniebat in mentem eius incommodum  
In ſeruitutem pauperem ad ditem dari .

## PHORMIO

Sed mihi opus erat ,ut aperte tibi nunc fabuler,  
Aliquantum quæ afferret ,qui dissoluerem  
Quæ debo ,etiam nunc si uult Demipho  
Dare ,quantum ab hac accipio ,quæ sponsast mihi  
Nullam mihi malim q̄ istanc uxorem dari . A N.  
Vtrum stulticia facere ego hunc an malicia  
Dicam ,scientem ,an imprudentem ,incertus sum . D E.  
Quid si animam debet s̄ G E. ager oppositus est pignori  
Ob decem minas inquit . D E. age age ,iam ducat ,dabo . G E.  
Aediculae item sunt ob decem alias . D E. hoi hui  
Nimiumst . C H. ne clama ,petito hasce a me decem . G E.  
Vxori emunda ancillula s̄t ,tum autem pluscula  
Suppellectile opus est ,opus est sumptu ad nuptias .  
His rebus sane pone inquit decem minas . D E.  
Sexcentas perinde potius scribito iam mihi dicas ,  
Nihil do ,impuratus me ille ut etiam irrideat ? C H.  
Quaso ego dabo ,quiesce ,tu modo filius  
Fac ut illam ducat nos quam uolumus . A N. hei mihi  
Geta ,occidisti me tuis fallaciis . C H.  
Mea causa eiicitur ,me hoc æquumst amittere . G E.  
Quantum potes me certiorem inquit face .  
Si illam dant ,hanc ut amittam ne incertus siem .  
Nam illi mihi dotem iam constituerunt dare . C H.  
Iam accipiat ,illis repudium renunciet ,  
Hanc ducat . D E. quæ quidem illi res uortat male . C H.  
Oportune adeo nunc argentum mecum attuli .  
Fructum quem lemni uxoris reddunt prædia ,  
Id sumam ,uxori tibi opus esse dixero .

Senarii.

ANTIPHO. GETA.

## ACTVS QVARTVS

Fo. CIII.

Eta . Ge . hē. An. qd egistit Ge. emunxi argēto senes. An.

g Satin id est s̄ G E. nescio hercle ,tantū iussus sum . A N .  
Eho uerbero ,aliud mihi respondes ac rōgo . G E.

Quid ergo narras ? A N. quid ego narrem s̄ opera tua

Ad restim mihi quidem res rediit planissime .

Vt te quidem omnes Dii ,deæq; superi ,inferi

Malis exemplis perdant ,hem si quid uelis .

Huic mandes ,quod quidem recte curatum uelis ,

Qui te ad scopulum e tranquillo auferat .

Quid minus utile fuit q̄ hoc ulcus tangere ,

Aut nominare uxor m̄ s̄ iniecta est spes patri .

Posse illam extrudi ,cedo nunc porro Phormio

Dotem si accipiet ,uxor ducenda est domum ,

Quid fieri . G E. non enim ducet . A N. noui . cæterum

Cum argentum repetent ,nostra causa scilicet

In neruum potius ibit . G E. NI H I L E S T A N T I P H O

Quin male narrando possit deprauarier .

Tu id quod boni est excerptis ,dicas quod mali est .

Audi nunc contra iam ,si argentum acceperit ,

Ducenda est uxor ut ais ,concedo tibi .

Spacium quidem tandem apparandis nuptiis ,

Vocandi ,sacrificandi dabitur paululum .

Interea amici quod polliciti sunt dabunt

Argentū ,id ipsis reddet . An. quā ob rē s̄ aut qd dicet ? Ge. rogas ?

Quot res post illa monstra eueneri mihi s̄

Introit in ædes ater alienus canis .

Anguis per impluviū decidit de tegulis .

Gallina cecinit ,interdixit hariolus .

Haruspex uetus ante brumam autem noui

Negocii incipere ,quæ causast iustissima ,

Hæc fient . A N. ut modo fiant . G E. fient ,me uide .

Pater exit ,abi ,dic esse argentum Phædriæ .

PHORMIO

Otonarii omnes.

DEMIPHO. CETA. CHREMES.

q Vietus esto inq, ego curabo ne quid uerborum duint  
Hoc temere nūq amittā ego a me, qn mihi testis adhibeā  
Cui dem, & q ob rem dem commemorabo . GE. ut cautus est.  
ubi nihil opus. CH.  
Atq ita opus factost, at matura, dū libido eadē hæc manet.  
Nam si altera illa magis instabit, forsitan nos reiiciat . GE.  
Rem ipsam putasti . DE. duc me ad eum ergo . GE. non mo-  
ror . CH. ubi hoc egeris.  
Transito ad uxorē meā, ut cōueniat hāc priusq hinc abeat .  
Dicat eam dare nos Phormioni nuptum, ne succenseat.  
Et magis esse illum idoneum, qui ipsi sit familiarior  
Nos nostro officio nihil egressos esse, quantū is uoluerit  
Datū eē dotis. D.qd tua (malū) id refert? Ch. magni demipho. D.  
Non sat est tuū te officiū fecisse, si nō id fama approbat . Ch.  
Volo ipsius quoq uolūtate fieri hoc ne se eiusq p̄adicit. De.  
Idē ego istuc facere possū. Ch. mulier mulieri magis cōgruet. De.  
Rogabo. CH. ubi nunc illas ego reperire possim cogito.

Otonarii, & quidam Quadrati, penultima longa.

SOPHRONA. CHREMES.

q Vid agās quē mihi amicū inueniā misera? aut cui cōsilia  
Hæc referam? aut unde nunc mihi auxilium petam?  
Nam uereor hera ne ob meū suasum indigne iniuria afficiā.  
Ita pātre adulescētis facta hæc tolerare audio uiolenter . CH.  
Nā q hæc est anus exanimata, a fratre quæ ægressiāt meo? SO.

ACTVS QVINTVS.

Fo. CV

Qd'ut facerē egestas me impalit, cum scirem infirmas nuptias  
Hasce esse ut id consulerē, interea uita ut in tuto foret. CH.  
Certo ædepol (nisi me anim⁹ fallit) aut parū oculi prospiciūt,  
Meæ nutricē gnatae uideo. So. neq ille iuestigat. C.qd agā? So.  
Qui est eius pater. CH. adeon, an maneo, dum ea quæ loqui  
tur magis cognosco? SO.

Quod si eū nūc reperire possim, nihil ē qd uerear. Ch. east ipsa,  
Colloquar. SO. quis hic loquitur? CH. Sophrona. SO. &  
meum nomen nominat. CH.  
Respice ad me. SO. Dii obsecro uos, est hic Stilpho? CHR.  
non. SO. negas? CH.

Concede hinc a foribus paululū istorum sodes Sophrona,  
Ne me istoc posthat noie appellassis. SO. qd ēnō es obsecro.  
Quē semp te esse dictastis? Ch. est. SO. qd has metuis fores? Ch.  
Conclusam hic habeo uxorē sāuam, uerū istoc de nomine  
Eo perperam olim dixi, ne uos forte imprudentes foris  
Effutiretis, atq id porro aliqua uxor mea resciceret. SO.  
Hern istoc pol nos te hic inuenire miseræ nunq potuimus. Ch.  
Eho dic mihi quid tibi rei est cum familia hac, unde exis?  
Aut ubi illæ sunt? SO. miserā me. Ch. hé qd est? uiuit ne? S. uiuit  
Matrē ipam ex ægritudine miserā mors cōsecuta ē. Ch. (gnata  
Male factū. SO. ego aūt quæ esse in anus deserta, egēs, ignota,  
Ut potui uirginem nuptum locauit huic adulescenti,  
Harū q est dñs ædiū. Ch. Antiphoni ne. SO. hem isti ipsi. Ch.  
Quid? duas ne is uxores habet? SO. hau obsecro unam qui-  
dem ille hanc solam. CH.

Quid illa altera q dicit? cognata. SO. hæc est. Ch. qd ais? SO.  
Composito factumst, quo modo hanc amans habere posset  
Sine dote. CH. Dii uostram fidem, q sāpe forte temere  
Eueniunt, quæ non audeas optare, offendī adueniens,  
Qui cum uolebam, atq ut uolebam collocatam filiam  
Quod nos ambo opere maximo dabamus ut fieret operam,  
Sine nostra cura maxima, sua cura hæc sola fecit SO. D

## PHORMIO.

Nunc quid factō est opus uide , pater adulescentis uenit .  
Eumq; animo iniquo hoc oppido ferre aiant . Ch. nihil periclist .  
Sed per deos , atq; homines meā esse hāc caue resciscat quisq; So.  
Nemo ex me scibit . Ch. sequere me , cātera intus audies .

Quadrati , Otonarii penultima longa .

## DEMIPHO. GETA.

Ostrapte culpa facimus , ut malos expediat esse ,  
n Dum nimium dici nos bonos studemus , & benignos .  
Ita fugias , ne præter casam qd aiunt , nōne id sat erat  
Accipere ab illo iniuriam ? etiam argentū est ultro obiectum .  
Vt sit qui uiuat , dum aliquid aliud flagitiū conficiat . GE .  
Planissime . De . his nunc præmiūst qui recta praua faciunt . Ge .  
Verissime . De . ut stultissime quidem illi rem gesserimus . Ge .  
Modo ut hoc consilio possit discedi , ut istam ducat . DE .  
Etiam ne id dubiumst ; Ge . haud scio hercle ut homost , an mutet  
Animū . De . hemi mutet autem ? Ge . nescio , uerū si forte dico . De .  
Ita faciam , ut frater censuit , ut uxorem huc eius adducam ,  
Cum ista , ut loquatur , Geta abi , prænuncia hanc uenturam . Ge .  
Argentum inuentumst Phædriæ , de iurgio filetur .  
Prouisum est ne in præsentia hæc hinc abeat , quid nunc porro  
Quid fiet ? in eodem L V T O hæsitas , uorsoram solues  
Geta , præsens quod fuerat malū in diem abiit , plagæ crescūt  
Nisi prospicis , nunc hinc domum ibo , ac Phanium edocebo ,  
Ne quid uereatur Phormionem , aut ciuis orationem .

Otonarii , & Quadrati mixti .

## DEMIPHO. NAVSISTRATA. CHREMES.

a Gedū ut soles Nauisistrata , fac ut illa placetur nobis .

## ACTVS QVINT VS

Fo. C VI.

Vt sua uoluntate id quod est faciundū faciat . Na . faciā . De .  
Pariter nūc opera me adiuues , ac dudū re opitulata es . Na .  
Factum uolo , ac pol quo minus uiri culpa q; me dignūst . De .  
Quid autē N A . quia pol mei patris bene parta indiligerter  
Tutatur , nam ex his prædiis talenta argenti bina  
Statim capiebat . HE M uir uiro qd præstat . De . bina quæso ? N .  
Ac rebus uilioribus multo , tamen duo talenta . De . hui . Na .  
Quid hæc uidentur ? De . scilicet . Na . uirū me natam uellet ,  
Ego ostenderem . De . certo scio . Na . quo pacto ? De . parce sodes ,  
Vt possis cum illa , ne te adulescens mulier defatiget . Na .  
Faciā ut iubes , sed meū uirū abs te exire uideo . C . hé Demipho .  
Iam illi datū est argentū ? De . curaui illico . Ch . nolle datum .  
Hei uideo uxorē , pene plusq; sat erat . D . cur nolles Chremē ? Ch .  
Iā recte . D . qd tu ecqd locut⁹ cū ista es , q; ob rē hāc ducim⁹ ? C .  
Træsegi . D . qd ait tandem ? Ch . abduci nō potest . D . qd nō pōt ? Ch .  
Quia uterq; utriq; est cordi . De . qd istuc nostra ? Ch . magni p̄ter  
Hæc , cognatam cōperi esse nobis . De . quid deliras ? Ch . sic erit ,  
Non tenere dico , redi meū in memoriā . De . satin sanus es ? N .  
Hau obsecro uide ne in cognatā pecces . De . nō est . Ch . ne nega .  
Patris nomē aliud dictū ē , hoc tu errasti . De . nō norat patrē ? C .  
Norat . De . cur aliud dixit ? Ch . nūq; ne hodie cōcedes mihi ,  
Neq; itelliges ? D . si tu nihil narres ? C . pgis ? N . miror qd hoc siet  
Eqdē hercle nescio . Ch . uin scire ? at ita me seruet Iupiter , ( D .  
Vt propior illi q; ego sum , ac tu nemost . De . Dii uostram fidē ,  
Eamus ad ipsam una omnes nos , aut scire aut nescire hoc uo-  
lo . C H . ah . D E .  
Quid id ē ? C . ita ne paruā mihi fidē ēē apd' te ? D . uin me crede-  
Vin satis quæstū mihi istuc esse sage fiat , quid illa filia . ( re ?  
Amici nostri ? qd futurūst ? C . recte . De . hāc igīf mittimus ? Ch .  
Quid ni ? D . illa maneat . C . sic . D . ire igīf tibi licet nauisistrata . N .  
Sic pol commodius esse in omnes arbitrō , q; ut cœperas  
Manere hanc , nam per liberalis uisast cum uidi mihi . D E .

D ii

## PHORMIO.

Quid istuc negocist? C. iá ne opperuit hostiū? De. iá. Ch. o Iupiter  
Dii nos respiciunt, gnatam inueni nuptā cū tuo filio. De. hem.  
Quo pacto id potuit? C. nō satis tutus est ad narrādū hic loc⁹. D.  
At tu intro abi. C. heus ne filii nostri quidem hoc resciscant uolo.

Quadrati ut superiores.

## ANTIPHO.

Aetus sum ut ut meæ res sē se habent fratri obtigisse  
1 quod uult.  
Quam scitumst eiusmodi parare in animo cupiditates,  
Quas cum res aduerse sient, paulo mederi possis.  
Hic simul argentum repperit, cura se se expedivit.  
Ego nullo possum remedio me euoluere ex his turbis,  
Quin si hoc celetur in metu, sin patefit in probro siet.  
Neq; me domum nunc reciperem, ni mihi esset spes ostenta  
Huiuscē habendæ, sed ubi nam Getam inuenire possum?  
Vt rogem quod tempus conueniūdi patris me capere iubeat?

## Otonarii. PHORMIO. ANTIPHO.

a Rgentum accepi, tradidi lenoni, abduxī mulierem,  
Curaui propria ea Phædria ut potiref, nā emissast ma-  
Nunc una res restat mihi, quæ etiā conficiunda ocium  
A senibus ad potandū ut habeā, nā aliquot hos sumā dies. A N.  
Sed Phormiost, qd aīs? Ph. qd? An. qd nā nūc factur⁹ Phædria?  
Quo pacto satietatem amoris ait se uelle sumere? P H.  
Vicissim partes tuas acturus est. An. quas? PH. ut fugitet patrem.  
Te suam rogauit rursum ut ageres causam, ut pro se diceres.  
Nam potaturus est apud me, ego me ire senibus Sunium  
Dicam ad mercatum, ancillulam emptū, quā dudū dixit Geta.  
Ne cum hic non uideant me conficere credant argentū suum.  
Sed hostiū concrepuit abs te. An. uide q̄s egrediaſ. P h. Getast.

## ACTVS QVINTVS

Otonarii, Quadrati, & Senarii nonnulli.

Fo. CVII

## GETA. ANTIPO. PHORMIO.

Fortuna, o fors fortuna, quantis commoditatibus  
o Quam subito hero meo Antiphoni ope uestra hūc ho-  
norasti diem? A N.  
Quid nā hic sibi uult? Ge. nosq; amicos eius exonerasti metu,  
Sed ego nunc mihi cesso, qui non humerū hunc onero pallio.  
Atq; hominē propero inuenire, ut hæc quæ cōtigerint sciat? A.  
Nū tu itelligis qd hic narret? P. nū tu? A. nihil. P. tātūdē? ego. G.  
Ad lenonē hinc ire perga, ibi nūc sūt. A. heus geta. Ge. hem tibi.  
Nū mirū, aut nouū est reuocari cursū cū iſtitueris? An. Geta. G.  
Pergin hercle, tu nunq; tuo odio uinces me. An. nō manes? Ge.  
Vapulabis. An. id tibi quidē iam fiet nisi resistis uerbero. Ge.  
Curialis uernula est qui me uocat?  
Familiariorē oportet esse hunc qui minitaſ malū, sed is ne est.  
Quē quæro, an nō ipsius est. P. cōgredere actutū. An. qd est? Ce.  
Omnū quātū est qui uiuant hominū homo honoratissime.  
Nam sine controvērsia a Diis solus diligere Antipho. A N.  
Ita uelim, sed qui istuc credam ita esse mihi dici uelim. Ge.  
Satin est, si te delibutū gaudio reddo? A. N. enecas. P H.  
Quin tu hinc pollicitationes aufer, & quod fers cedo. Ge. oh,  
Tu quoq; hic aderas Phormio? P. aderā, sed cessas? G. accipe hē  
Vt modo argentū tibi dedimus apud forum recta domū  
Sumus profecti, interea mittit herus me ad uxorē tuā. An.  
Quā ob rē? Ge. omitta ploqui, nā nihil ad hāc rē est Antipho.  
Vbi in Gynæciū ire occipio, puer ad me accurrit Mida.  
Pone apprehendit pallio, resupinat, respicio rogo.  
Quā ob rē retineat me, ait esse uetitū intro ad herā accedere.  
Sophrona modo frātrē hue inquit senis introduxit Chremem,  
Eumq; nunc esse intus cū illis, hoc ubi ego audiuī, ad fores  
Suspensō gradu placide ire perrexī, accessi, astiti,

D iii

## PHORMIO

Animā cōpressi, aurē admoui, ita animū cōepi attendere.  
Hoc modo sermonē captās. An. heu Geta. Ge. hic pulcherrimū  
Facinus audiui, itaq; pene hercle exclamaui gaudio. P H .  
Quod ē Ge. quod nā arbitrare ē An. nescio. Ge. atq; mirificissimū.  
Patruus tuus pater est inuentus Phanio uxori tuæ. An. hem  
Quid aīs? Ge. cū eius cōueuit olim matre in lemno clanculū. P.  
Somniū utin hæc ignoraret suū patrē ē Ge. aliquid credito  
Phormio esse causæ, sed me cōsen potuisse omnia  
Intelligere extra hostiū, intus quæ inter se ipsi egerint ē P H .  
Atq; hercle ego quoq; illā audiui fabulā. GE . immo etiā dabo  
Quo magis credas, patruus interea inde huc egredit̄ foras.  
Haud multo post cum patre idem recipit ie intro denuo.  
Ait uterq; tibi potestatem eius habendæ dare.  
Deniq; ego sum missus te ut reuirerē atq; adducerē. A N .  
Hem quin ergo rape me, qd cessas? Ge. fecero. A.o mi Phormio  
Vale. Ph. uale Antiphō, bene ita me dii' ament factū, gaudeo.

Senarii.

## PHORMIO.

t Antam fortunam de improviso esse his datam,  
Summa eludendi occasiōst mihi nunc senes,  
Et Phædriæ curam adimere argentariam,  
Ne cuiq; suorum æqualium supplex siet.  
Nam idem hoc argentum ita' ut ingratis est datum  
His datum erit, hoc qui cogam re ipsa repperi,  
Nunc gestus mihi, uultusq; est capiundus nouus.  
Sed hinc concedam in angiportum hoc proximum.  
Inde hisce ostendam me, ubi erunt egressi foras.  
Quo me assimulaueram ire ad mercatum, nunc eo.

Trimetri.

## DEMIPHO. PHORMIO. CHREMES.

d Is magnas merito gratias habeo, atq; ago.  
Quando euenerē hæc nobis frater prospere,

## ACTVS QVINTVS

Fo. CVIII

Quantum potest nunc conueniundus Phormio est.  
Priusq; dilapidet nostras triginta minas  
Ut auferamus. P H . Demiphonem si domist  
Visam, ut quod. D E . at nos ad te ibamus Phormio . P H .  
De eadem hæc fortasse causa ē D E . ita hercle . Ph. credidi.  
Quid ad me ibatis? ridiculum, an uerebamini  
Ne non id facerem quod recepissem semel?  
Heus heus quanta hæc mea paupertas est, tamen adhuc  
Curaui unum hoc quidem, ut mihi esset fides. C.H.  
Est ne ita (ut dixi) liberalis ē D E . oppido . P H .  
Itaq; ad uos uenio rūnciatum Demipho ,  
Paratum esse, ubi uultis uxorem date.  
Nam omnes posthahui res mihi, ita ut par fuit,  
Postq; tantopere id uos uelle animum aduorteram. D E .  
At hic dehortatus est me, ne illam tibi darem.  
Nam qui erit rumor populi inquit, si id feceris?  
Olim cum honeste potuit tum non est data.  
Nunc uiduam extrudi turpeſt, ferme eadem omnia  
Quæ tu te dudum coram me incusaueras. P H .  
Satin superbe illuditis me ē D E . qui ē Ph. rogas?  
Quia ne alteram quidem illam potero ducere.  
Nam quo ore redibo ad eam quam contempserim ē Ch.  
Tum autem Antiphonem uideo ab se se amittere ,  
Inuitum eam inique. D E . tum autem uideo filium  
Inuitum sane mulierem ab se amittere .  
Sed trans sodes ad forum, atq; illud mihi  
Argentum iube rursum rescribi Phormio . P H .  
Quod ē ne ego perscripsi porro illis quibus debui ē D E .  
Quid igitur fiet ē P H . si uis mihi uxorem dare  
Quam despondisti, ducam, sin est ut uelis  
Manere illam apud te, dos hic maneat Demipho .  
Nam non est æquum me propter uos decipi.  
Cum ergo uestri honoris causa repudium alteri

## PHORMIO

Remiserim ,quæ tantundem dotis dabant . D E.  
I in malam rem hinc cum istac magnificentia  
Fugitiae ,etiam nunc credis te ignorarier ,  
Aut tua facta adeo ? P H . irritor . D E. tun hæc duceres  
Si tibi data esset ? P H . fac periculum . D E. ut filius  
Cum illa habitat apud te ,hoc nostrum consilium fuit . P H .  
Quæso quid narras ? D E. quin tu mihi argentū cedo . P h.  
Immo uero tu uxorem cedo . D E. in ius ambula . P H .  
Ia ius enim uero ,si porro esse odiosi pergitis . D E.  
Quid facies ? P H . ego ne ? me uos indotatis modo ,  
Patrocinari fortasse arbitramini ,  
Etiam dotatis soleo . C H . quid id nostra ? P H . nihil .  
Hic quandā noram ,culus uir uxorem . Ch . hem . De . qd est ? Ph .  
Lemni habuit aliam . C H . nullus sum . P H . ex qua filiam  
Suscepit ,& eam clam educat . C H . sepultus sum . P H .  
Hæc adeo illi ego iam denarrabo . C H . obsecro  
Ne facias . P H . oh tun is eras ? D E. ut ludos facit . C H .  
Misum te facimus . P H . fabulæ . C H . quid uis tibi ?  
Argentum quod habes condonamus te . P H . audio .  
Quid uos malum ergo me sic ludificamini ,  
Inepti uestra puerili sententia ?  
N O L O , uolo , uolo , nolo , rursum cedo , cape ,  
Quod dictum indictumst , quod modo erat ratū irritumst . Ch .  
Quo pacto aut unde hæc hic rescivit ? D E . nescio ,  
Nisi me dixisse nemini id certo scio . C H .  
Monstri ita me Dii ament simile . Ph . inieci scrupulum . De . hem ,  
Hiccine ut a nobis hoc tantum argenti auferat  
Tam aperte iridens ? emori hercle satius est ,  
Animo uitili , præsentiq; ut sis para .  
Vides peccatum tuum esse elatum foras ,  
Neq; iam id celare posse te uxorem tuam .  
Nunc quod ipsa ex aliis auditura sit Chremē ,  
Id nos met indicare placabilius est .

## ACTVS QVINTVS

Fo. CIX

Tum hunc impuratum poterimus nostro modo  
Vlcisci . P H . at at nisi mihi prospicio hæreo ,  
Hi gladiatorio animo ad me affectant uiam . C H .  
At uereor ut placari possit . D E. bono animo es .  
Ego redigam uos in gratiam hoc fatus Chremē .  
Cum de medio excessit , unde hæc suscepisti tibi . P H .  
Ita ne agitis mecum ? satis astute aggredimini ?  
Non hercle ex re istius me instigasti Demipho ,  
An tu ubi peregere tibi quod libitum fuit feceris ,  
Neq; huius sis ueritus foeminæ primariæ .  
Quin nouo modo ei faceres contumelias .  
Venias nunc precibus lautum peccatum tuum ?  
Hisce ego dictis illam ita tibi incensam dabo ,  
Ut ne restinguas lacrumis si extillaueris . D E .  
Malum quod isti Dii deæq; omnes duint .  
Tanta ne affectum hominem quenq; esse audacia ?  
Nonne hoc publicitus scelus hinc deportarier  
In solas terras ? C H . in id redactus sum loci ,  
Ut quid agam cum illo nesciam prorsus . D E . ego scio ,  
In ius eamus . P H . in ius ? huc si quid lubet . D E .  
Assequere , ac retine , dum ego hinc seruos euoco . C H .  
Etenim ne queo solus , accurre huc . P H . una iniuriast  
Tecum . Ch . lege agito ergo . Ph . altera est tecū Chremē . De .  
Rape hunc . P H . ita ne agitis ? enim uero uocest opus ,  
Naufistrata exi . C H . os opprime . D E . impurum uide  
Quantum ualet . Ph . Naufistrata inq . Ch . non taces ? Ph .  
Taceam . De . nisi sequitur , pugnos inuentrem ingere . P h .  
Vel oculum exculpe , est ubi uos ulciscar locus .

Senarii , & Octonarii .

NAVSISTRATA . CHREMES . PHORMIO .  
DEMIPHO .

E

PHORMIO

Vi noīat me<sup>e</sup> CH. hem. NA. quid istuc turbæ ē obsecro  
 q Mi uir. PH. hē qd nūc obstupuisti<sup>e</sup> N. quis hic homos?  
 Non mihi respondes<sup>e</sup> PH. hiccine ut tibi respondeat<sup>e</sup>  
 Qui hercle ubi sit nescit<sup>e</sup> CH. caue isti quicquam credas. PH.  
 Abi tange, si non totus friget, me eneca. CH.  
 Nihil est. NA. quid ergo est quid istic narrat<sup>e</sup> PH. iam scies.  
 Ausulta. CH. pergin crederet<sup>e</sup> NA. quid ergo obsecro  
 Huic credam qui nihil dixit<sup>e</sup> PH. delirat miser  
 Timore. NA. non pol temerest quod tu tam times. CH.  
 Ego timeo<sup>e</sup> PH. recte sane quando nihil times.  
 Et hoc nihil est quod ego dico, tu narra. DE. scelus  
 Tibi narret<sup>e</sup> PH. echo tam factumist abs te<sup>e</sup> dulo  
 Pro fratre. NA. mi uir non mihi narras<sup>e</sup> CH. at. NA. qd at<sup>e</sup> CH.  
 Non opus est disto. PH. tibi quidem, at scito huic opus  
 In lemno. CH. hē qd ais<sup>e</sup> DE. nō taces<sup>e</sup> PH. clā te. C. hei mihi. P.  
 Vxorem duxit. NA. mi homo dii melius duint. PH.  
 Sic factumist. NA. perii misera. PH. & inde filiam.  
 Suscepit iam unam dum tu dormis. CH. quid agimus<sup>e</sup> NA.  
 Proh dii immortales, facinus miserandum & malum. PH.  
 Hoc actumist. NA. an quicq̄ hodie est factum indignius?  
 Qui mihi ubi ad uxores uentumist, tum fiunt senes.  
 Demipho te appello, nam me cum hoc distædet loqui.  
 Haec cine erant itiones crebræ, & mansiones diutinæ  
 Lemnis haec cine erat quæ nos tristis minuit uilitas<sup>e</sup> DE.  
 Ego Nausistrata esse in hac re culpam meritam non nego.  
 Sed ea quæ sit ignoscenda P.H. uerba fiunt mortuo. DE.  
 Nam neq̄ negligentia tua, neq̄ id odio fecit tuo.  
 Vinolentus fere ab hinc annos quindecim, mulie reculam  
 Eam compressit, unde hec natast, neq̄ post illam unquā attigit.  
 Ea mortem obiit, e medio abiit, qui fuit in re hac scrupulus.  
 Quā ob rē te oro ut alia tua facta sunt, & quo animo hoc feras. N.  
 Quid ego, & quo anio<sup>e</sup> cupio misera in hac re iam defungier.  
 Sed quid sperem<sup>e</sup> ætate porro miuns peccatum putem<sup>e</sup>

ACTVS QVINTVS

FO.CX.

Iam tum erat senex, senectus si uerecundos facit.  
 An meā forma atq̄ ætas nunc magis expetenda est Demiphō?  
 Quid mihi affers, q̄obrē expectē aut sperē porro non fore<sup>e</sup> Ph.  
 Exequias Chremeti, quibus est commodum, ire iam tempus est.  
 Sic dabo, age nunc, age Phormionem qui uolet lacefrito,  
 Faxo tali eum mactatum atq̄ hic est infortunio.  
 Redeat sane in gratiam, iam supplicii satis est mihi.  
 Habet hæc ei quod dum uiuat usq; ad aurem obganniat. NA.  
 An meo merito credo, qd ego nunc cōmemorē tibi Demipho  
 Singillatim, qualis in hunc fuerim<sup>e</sup> DE. noui & que omnia  
 Tecū. NA. meriton hoc meo uidetur factū<sup>e</sup>. DE. minime gétiū,  
 Verum quando iam accusando fieri insectum non potest,  
 Ignosce, orat, confitetur, purgat, quid uis amplius<sup>e</sup> PH.  
 Enimuero priusq̄ hæc dat ueniam, mihi prospiciā & Phædriæ,  
 Heus Nausistrata priusq̄ huic respōdes temere, audi. N. qd ē<sup>e</sup> P.  
 Ego minas triginta per fallaciam ab illo abstuli.  
 Eas dedi tuo gnato, is pro sua amica lenoni dedit. CH.  
 Hem quid ais<sup>e</sup> NA. adeon hoc indignum tibi uidetur, filius  
 Homo adulescens si habet unam amicam, tu uxores duas,  
 Nil pudere<sup>e</sup> quo ore illum obiurgabis<sup>e</sup> responde mihi. DE.  
 Faciet ut uoles. NA. immo ut iam scias meam sententiam,  
 Neq̄ ego ignosco, neq̄ promitto quicq̄, neq̄ respondeo,  
 Priusq̄ gnatum uideo, eius iudicio permitto omnia.  
 Quod is iubebit faciam. PH. mulier sapiens es Nausistrata. Na.  
 Satis tibi est<sup>e</sup> PH. immo uero pulchre discedo & probe,  
 Et præter spem. NA. tuum nomen dic quod est. PH. mihi<sup>e</sup>  
 Phormio uestræ familiæ hercle amic<sup>e</sup>, & tuo sūm<sup>e</sup> Phædriæ. N.  
 Phormio, at ego ecastor posthac tibi quod potero, & q̄ uoles  
 Faciamq; & dicam. PH. benigne dicis. N. pol meritūst tuū. P.  
 Vin primum hodie facere quod ego gaudeam Nausistrata<sup>e</sup>  
 Et q̄ tuo uiro oculi doleāt<sup>e</sup> N. cupio. Ph. me ad coenā uoca. Na.  
 Pol uero uoco. DE. eamus intro hinc. Ch. fiat, sed ubi ē Phædriæ  
 Iudex noster<sup>e</sup> PH. iam hic faxo aderit.

VOS VALETE ET PLAVDITE

PVB. TERENTII VITA, EX LIBRO PRI  
MO PETRI CRINITI, DE POETIS  
LATINIS.

TERENTIVS Poeta Comicus Carthaginensis patria fuit, Romam perductus traditur, cum in tenera ætate foret, quibus potissimum bellis id accidit, parum cōper tum est, ut refert Aelius Donatus, ex Fenestellæ commentariis. Illud pro certo constat, Eum Romæ diligentia Terentii Lucani patrōni, accurate institutum, atq; liberalibus disciplinis eruditum. Cunq; facilitate ingenii, & elegantia in primis excelleret, breui consequutus est, ut a Terentio patrono esset manumissus. Per ea tempora in sc̄ena floruit, quibus præclari, atq; egregii ciues Romæ habiti sunt. M. Marcellus. P. Scipio. Q. Fabius Maximus, neq; desunt autores, qui scribāt eundem Terentium, maxima familiaritate uixisse cum. P. Scipione, &. C. Lælio. Sæpeq; solitum apud nobiliores ciuitatis coenitare, qua in re dum placere illis opera nititur, eorumq; commodis inseruire, ad sum mam inopiam traditur redactus. Statim præterea Cecilium, qui scribendis Comœdiis excelluit, magna diligentia obseruauit, eiq; suas fabulas more ueterum recitare consuevit. Comœdias sex composuit, easq; ab Apollodoro, & Menandro poetis Græcis, in sermonem latinum conuertit, tanta sermonis elegan tia, & proprietate, ut eruditorum iudicio, nihil perfectius, aut absolutius in eo scribendi genere habitū sit apud latinos, sequu tus est in his. Q. Ennium. M. Plautum, & Neuum, ut ipse testatur, cum suis calumniatoribus respondet. Phormionem, & Ecyclam ab Apollodoro transtulit, reliquas quatuor a Menandro Aelius Donatus, qui complura diligentissime de hoc poeta scribit, cum alia multa in eo commendat, tum præcipuum dicit, quod in scribendis fabulis, & arte usus est, & ut amorem antiquū retinuerit, & ita temperauit affectus, ut neq; ad Tragicam magnitudinem intumescat, neq; abiiciatur ad historiam, quod mi nime factum est inquit a Plauto, Afranio, & cæteris Comœdia rum scriptoribus. M. Cicero in epistola ad. T. Atticum refert. Pub. Terentium esse optimum autorem latinitatis, eiusq; fabu

las multos existimasse, propter elegantiam sermonis à C. Lælio scriptas, quam opinionem idem Terentius maxime uidetur cō firmasse, quo magis calumniatores suos in odium trahet, sic enim refert in Adelphis fabula, sub persona prologi.

Quod illi maledictum uehemens existimant.  
Eam laudem ducit maximam, cum illis placet,  
Qui uobis uniuersis, & populo placent,  
Quorum opera in bello, in ocio, in negocio,  
Suo quisq; tempore usus est sine superbia.


Horatius Flaccus, ueterum poetarum optimus censor, in Cœcilio grauitatem, in Terentio artem constituit, qua inter cœtros comicos mirifice excelluit, quod Quintilianus uidetur sentire in libris ad Ma. cellum Victorium. Sed idem tamen inquit maiorem gratiam habuisset, si intra Trimetros constitisset. Ausonius quoq; Virgilium Homero, Terentium Menadro adiungit, eiq; elegantiam latini sermonis præcipue tribuit. Tu quoq; qui latium lecto sermone Terenti Comis, & astricto percurris pulpita socco.

Traditum est, illum post editas aliquot Romæ fabulas, in græciam ad nauigasse, quo facilius disciplinas Græcorum, atq; insti tuta perciperet, plurimasq; fabulas à poeta Menadro in latinū conuertisse, qua factō naufragio perierūt. De obitu illius uaria scribunt autores. In Arcadia obiisse, cum' alii plures testantur, tum poeta Ausonius, ob nimium dolorem amissarum fabularum, quas ipse naui præmisserat. De forma illius atq; effigie refe runtur complura ab Aelio Donato, qui eiusdē comedias magna eruditione interpretatus est. Argumenta illa quæ Terentianis fabulis præponuntur à Sulpicio Apollinari illustri grammatico composita sunt. Quod cum aliis multis argumentis, tū maxime antiquitate Codicūm probari potest, in quibus nomen Sulpici legitur.

F  
I N I  
S

PETRI BARGETANI AD TERENTIVM  
PRO SVA RECOGNITIONE ENDE  
CASYLLABON

Mabo unde uenis ouans Terentie  
2 Meæ deliciæ, mei lepores.  
Quo dextro Ioue mortuus reuixti,  
Tam læuis, nouus, elegans, decorus,  
Et phœbi solito nitore plenus  
O' noster. Scythicis diu catenis,  
Inter Sarmaticos canes luposq;  
Vinctus compede barbara, feróq;  
Clausus carcere, liber huc refugi.  
Docta uulneribus manu leuatis,  
Antiquum reparatus in decorem.  
Summa P O L I T I A N I ope, arte, cura,  
Phœbeo B E N E D I C T i amore pleni.  
Gressum Pierio leuantे plectro,  
O factum bene, rite, me beasti,  
Qui quondam cedo claudicas parumper?  
Non assueta diu breui leuantur.  
Quæ restat minima ulcerum cicatrix,  
Iam iam sic uigilem subibit artem,  
Ne speret Rabidos Theonis ungues,  
Virosi canis ora, nam dicaces  
Flocco uilius æstimantur uno.



Tubingæ in ædibus Thottæ Anshelmi Badensis,  
Mense Martio, Anno M. D. XVI.

